di. Uigilate ergo: q2 neſcitis diez neq3 horã ſcz extremi iudicij. Ad vigilandum ergo docent nos q̈ua aialia que vigilãt: q2 dãnum non ignorant ꝛ precipue. quattuoꝛ aialia. Primum eſt paſſer in tecto. vñ ait Dauid in pš. Uigilaui ſicut paſſer ſolitarius. Paſſer qñ hꝫ oua ꝛ pullos ſp̄ vigilat. ne niſus ipꝛouiſus veniat ꝛ pullos ſuos ꝛ ipſum rapiat. Ita ꝛ nos vigilare debem⁹ ne xp̄s veniat ꝛ ad iudiciũ nos improuiſe rapiat. Secũduz aial eſt pauo. Nam qñ dormit de nocte tũc qñ euigilat cito clamat q2 timet ꝙ aliquis veniat vt ip̄m improuiſe rapiat. Tertium aial eſt grus. Uñ dicũt naturales ꝙ quãdo grues volãt de nocte ſedẽtes: cuſtodes ſtãdo ad vigilandũ ponũt ne lupus improuiſe veniat ꝛ dãna eis inferat. ita ꝛ nos debem⁹ ſemꝑ ſtare in cuſtodia ad vigilanduz in bonis opibus ne lupus. i. dyabolus nos iprouiſe rapiat ꝛ ad iudiciũ ꝑtrahat. Quartuz aial eſt philomena que vigilat in nocte ꝛ cãtat ꝛ nõ manet diu in vno ramo: ſꝫ de ramo in ramũ volat ne bufo aſcẽdat ꝛ improuiſe apprehẽdat ꝛ dãnũ inferat. Ita ꝛ nos debemus ramos virtutũ aſcẽdere deũ laudare et in virtutib⁹ vigilare. ne bufo malaꝝ tẽptationũ nos apprehẽdat ꝛ improuiſe ad iudiciuz ꝑtrahat. Ideo dico ꝙ illa dies extremi iudicij eſt a nobis abſcondita. ideo debemus quotidie vigilare ꝛ ire de virtute in virtutem. Tertiũ qđ a nobis eſt abſconditum eſt pena infernalis ſeu eterne dãnationis quã mali nõ cõſiderãt. Uñ ait dñs. Lu. xix. Uidens dñs ciuitatez fleuit ſuꝑ illaz et ait. Quia ſi cognouiſſes ꝛ tu. ſupple fleres. que modo abſcõdita ſũt ab oculis tuis. q2 venient dies ĩ te qñ inimici tui vndiq3 circũdabũt te. Uñ ait illud idẽ de reprobis q̃ nõ cõſiderant penã eterne dãnationis. Qñ eñ pctõꝛ peccat mortaliter tũc infern⁹ aperit os ſuũ contra eũ vt deuoꝛet eũ. ꝛ niſi mĩa ꝛ patientia dei peccatoꝛẽ expectaret ip̄m viuũ cum corꝑe ꝛ aĩa deuoꝛaret. Hui⁹ legim⁹ figurã ij. Regũ. Abſolon fili⁹ regis Dauid habuit duos ſeruos q̃ ip̄m offendebãt foꝛtiter. Propter qđ miſit alios ſeruos et iuſſit illos duos interfici. ſꝫ ipſi fugerũt ꝛ in deſerto ĩ quodam puteo ſe abſcõderũt. ꝛ mulier quedaz velamẽ expãdit ſuꝑ puteũ. et ibi latuerunt quouſq3 querẽtes receſſerũt. ꝛ tandẽ ira filij regis placata eſt ꝛ ad gratiã ꝑuenerũt. Ita ſpũaliter de⁹ pater in deitate hꝫ filiũ ieſum qui dꝫ fili⁹ regis altiſſimi q̃ ſatis eſt mitis ſuper ſeruos ſuos. i. fideles. ſed qñ ipſuz nimium offendũt tũc interdũ mittit angelos vt pctõꝛes occidant tũc pctõꝛ recognoſcens ſe offendiſſe deũ dꝫ ſe abſcõdere in fonte pñie et ibi ieiunare ꝛ oꝛare. tũc mĩa dei expandit velamẽ ꝓtectionis quouſq3 ira dei placet ꝛ recipiat pctõꝛes in gratiã ne eternaliter cõdẽnentur. Et ideo patet ꝙ ira dei ꝛ pena ẽ a nobis abſcondita. Ideo pñiam agam⁹ vt eam euadamus. Quartũ qđ a nobis eſt abſconditũ eſt electio beatoꝝ ſed tũc poſt moꝛtẽ: ꝛ in vltimo iudicio clare manifeſtabitur Uñ ait Sap. v. Stabũt iuſti in magna conſtantia aduerſus illos in die iudicij q̃ eos hĩ tribulauerũt ꝛ dicent impij. Ecce quõ computati ſunt inter filios dei ꝛ inter ſanctos. Hij eñ ſunt quos aliqñ habuim⁹ in deriſũ ſed tale gaudium eſt a nobis mõ abſconditum ita ꝙ nullus ſcit vtrũ dign⁹ ſit. Uñ in pſal. Quã magna multitudo dulcedis tue dñe quã abſcõdiſti timẽtib⁹ te. Quis autez ad tale gaudiuz ſit aſſumẽdus in die iudicij hoc abſconditũ eſt a nobis. Nã videm⁹ qđ multi boni cadunt in pctm̃ moꝛtale ꝛ in eo moriũtur. ꝛ multi mali reſurgũt ꝛ ad ſtatuz bonũ cõuertũtur: ꝛ ergo finis eſt cõplementum bonitatis. Et tñ ꝑ tria ſigna põt cognoſci quis debeat ad gaudiũ ſempiternũ aſſumi ꝛ eligi. Primũ ſignuz eſt dei caſtigatio et cum homo patiẽter ſuſtinet. Uñ ait Amos iij. Ego vos cognoui ex oĩbus nationib⁹ terre ꝛ idcirco viſitabo ſuper vos oĩs iniquitates veſtras vt poſſim vos aſſumere ad gloriam. Sapientie. xvi. In breui turbati habẽtes ſignum ſalutis. Secũdum ſignũ eſt boni delectatio vt quãdo delectatur in bono proximi ꝛ ipſum diligit ꝓpter deum. Unde ait Iohãnes. In hoc cognoſcentur filij dei ad gloriã ſumẽdi ſi diligim⁹ fratres. et qui non diligit manet in moꝛte. Tertium ſignũ ad gaudium eligendum eſt peccati deteſtatio. vt habeat hoꝛroꝛem pctõꝝ in conſciẽtia et cum viderit alios peccare ꝙ ſibi multuz diſpliceat. Uñ dicitur ĩ pſal. Perfecto odio oderã illos inimici facti ſunt mihi. Per hec tria ſigna cognoſcitur ſumẽdus ad gloriaz et ideo querit Dauid in pſal. Quis aſcẽdet in montem dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius. Innocẽs manibus ꝛ mũdo coꝛde: qui non accepit in vanuz animã ſuã. Iõ iſta quattuoꝛ ſũt nobis abſcõdita. dies moꝛtis: dies iudicij. quis dãnãdus. aut quis ad gloriam aſſumẽdus. Et ergo ad thema. Ieſus abſcondit ꝛc.

## Dñica palmarum. Sermo. xxij.

Icite filie ſyon ecce rex tuus venit tibi. Mat. xxi. Nota ꝙ apud antiquos facta ꝛ ꝓbitates ſo

lebāt laudari. ⁊ hoc ꝓpter tres cauſas. Pri-
mo vt ipſis de ſuis ꝓbitatibus gratiarum
actio exhiberetur. Vñ Grego. Nō eſt dign⁹
de dādis q̄ nō reddit grates de datis. Secū
do vt laudatiores in poſterū reddātur. Vñ
ait poeta. Uirtus laudāda creſcit. ⁊ hoc pꝫ
de Dauid. i. Reg. Qñ ipſe fecit victoriā con
tra Golyā: oīs popul⁹ ipſuꝫ laudabat: ⁊ rex
poſuit eū ſup equū: ⁊ duxit eū per totā ciui-
tatē in regalibus veſtibus ⁊ mulieres ⁊ pue
ri clamabāt: ſaul ꝑcuſſit mille: ⁊ Dauid de-
cē milia in milibus ſuis. Tertio vt alios ad
ſimilia opa ꝟtuoſa valeāt excitare: vt pꝫ: qꝛ
troiani laudabāt Hectorē militem fortiſſi-
mū: qꝛ multa bona eis fecit ꝓ eis pugnādo
Jō romani laudabāt Pompeiū cuius ima
ginē ex ere erexerūt: ⁊ in multis honoraue-
rūt ꝓpter beneficia que ab ipſo acceperunt
Et ꝟm hoc iudei a xp̄o multas ꝟtutes ⁊ mi
rabilia audierūt ⁊ viderūt. Nam cecos illu
minauit: mortuos ſuſcitauit: leproſos mun
dauit: infirmos curauit. ⁊ iō teſte conſcia eo
rū laudes ⁊ honores impēdere ſibi voluerūt
⁊ hoc pꝫ in hoc euāgelio qḋ hodie legimus
añ ꝓceſſionē ⁊ paſſionē. ⁊ ſcribitur Mat. xxi
Cū appropinquaſſet ieſus hieroſolymis in
die palmarū de mane ⁊ veniſſet betphage
ad villā que fuit in mōte oliueti in pede mō
tis: tūc miſit duos de diſcipulis ſuis dicens
Jte in caſtellū qḋ cōtra vos eſt. hieruſalē vo
cauit caſtellū ⁊ nō ciuitatē: qꝛ ciuitas apud
ātiquos fuit libera: ſed ipſi libertatē ꝓpter
pctā ꝑdiderūt. ⁊ iō dixit. Jte in caſtellū. ⁊ ſta
ſtim inuenictis aſinā alligatā ⁊ pullū cū ea
Aſinaꝫ hēbant ꝓpter paupes q̄ nō hēbant
equos ⁊ mulos vel ꝓprios aſinos. Nā ciui-
tas erat in mōte ſita: ⁊ paupes qui hēbant
opus acceperūt aſinā vel equā ⁊ lignū duxe
rūt ⁊ dederūt ſibi ad comedendū: ⁊ ad locū
cōeꝫ ipſaꝫ ligauerūt. Dixit ḡ eis Jte ſoluite
⁊ adducite mihi. ſi q̄s vobis dixerit q̄re ſol-
uitis dicite dn̄s his opus hēt. ⁊ cōfeſtim di-
mittet eos. Hoc aūt totū factū eſt vt adiple
ret qḋ dictū eſt ꝑ ꝓphetā zachariā. ix. dicētē
Dicite filie ſyō. ecce rex tu⁹ venit tibi māſue
tus ſedēs ſup aſinā: ⁊ filiū ei⁹ ſubiugalē ꝓ-
pter hūilitatē. Eūtes aūt diſcipuli fecerūt
ſicut p̄ceperat eis ih̄s: ⁊ adduxerūt aſinā ⁊
pullū. i. ꝑuulū. ⁊ ipoſuerūt ſup eos veſtimen
ta ſua ⁊ eū deſuper ſedere fecerūt. Plurima
aūt turba ſtrauerūt veſtimēta ſua in via qui
venerāt de aliis ciuitatib⁹ ꝓpt feſtū ſolēne:
⁊ multa bōa de ieſu nazareno audierūt. ⁊ iō
hoc fecerūt. alij aūt cedebāt ramos de arbo
rib⁹ ⁊ ſternebāt in via. Turbe aūt q̄ p̄cede-
bāt ⁊ q̄ ſeq̄bātur clamabāt cātādo Oſanna

i. ſalua nos fili Dauid regis noſtri: bn̄dict⁹
q̄ venit in noīe dn̄i. Ex his ꝟbis eſt ſcienduꝫ
ꝙ turba hodie xp̄m honorauit in quattuor.
Prio in veſtimētis ꝓſternēdo. Secūdo in ra
mis ꝓiciēdo. Tertio in floribus portādo.
Quarto in bn̄dicēdo. Jta ⁊ nos debem⁹ ho
die xp̄m honorare. Prio in veſtimētis pnie
⁊ dilectōis. Secūdo in ramis palmaꝝ ⁊ oli-
uarū. Tertio in floribus ꝟtutū ⁊ exultatōis
Quarto in laudē bn̄dictōis. Primo dico ſic
vnuſquiſqꝫ noſtrū hodie dꝫ xp̄m honorare
in veſtimētis pnie ⁊ dilectōis. Nā de veſti-
mēto pnie legim⁹ in ſcholaſtica hyſtoria q̄n
aliqua mulier fuit app̄henſa in fornicatōe:
tūc aliq̄bus faciebāt grām ⁊ aliquas ſm̄ p̄-
ceptū lapidabāt: ſed ille mulieres quib⁹ fu
it facta grā portabāt veſtimēta ſciſſa: ⁊ totū
corp⁹ cū capite velabāt. ⁊ iſta veſtimēta erāt
nigra: ⁊ ex vtraqꝫ ꝑte pēdebāt manifeſte vſ
qꝫ ad terrā: ⁊ ita velate erāt in facie ꝙ vix vi
dere poterāt greſſuꝫ viaꝝ. Jta aīa que pec-
cauit mortalr̄ eſt adultera apud deū cui eſt
deſpōſata in baptiſmo ꝑ ānulū fidei. Unde
ſnīa dānatōis ⁊ mortis eterne eſt iā a deo ꝓ
lata. vñ Ezech. xviij. Aīa que peccauerit mor
talr̄: ip̄a morieẜ. Debꝫ igr̄ talis aīa de bōa
volūtate ſe caſtigare ⁊ accipe in corde veſti-
mentū pnie nigrū in hūilitate: ⁊ ſcindere ꝑ
amaritudinē cōtritōis. vñ ait Joel. ij. Scin
dite corda veſtra ⁊ nō veſtimēta veſtra: ⁊ ve
late oēs ſenſus corpis veſtri. ſ. viſum: audi-
tū: guſtū: tactum: ⁊ adoratū: ne in illis am
pl⁹ offendas creatorē tuū. Cuꝫ igr̄ accipis
hūilitatē in recordatōe pctōꝝ tuoꝝ impen-
dis honorē xp̄o: ⁊ reſtituet tibi gratiā quaꝫ
amiſiſti: vt ait Ezech. xviij. Aīa que reuerſa
eſt de via ſua mala ipſa viuet ⁊ nō morieẜ ꝑ
lapidationē eterne pene. Secūda veſtis in
qua debem⁹ xp̄o obuiare eſt dilectōis: ⁊ iſta
veſtis eſt viridis. vñ legim⁹ ꝙ romani depin
xerūt dilectionē ad modū iuuenis cū viridi
veſtimēto ⁊ facie lata. ⁊ capite erecto: in cu
ius frōte ſcriptū erat aureis lr̄is Hyems ⁊
eſtas latus ei⁹ apertū erat: ⁊ in corde ſcriptū
aureis litteris: lōge ⁊ ꝓpe: in fimbriis veſti
mēti aureis litteris: vita ⁊ mors. Jta ſpūali
ter imago fuit depicta ad modum iuuenis
pulcherrimi: qꝛ dilectio ſemper dꝫ eſſe qua-
ſi florēs iuuētus ⁊ nūqꝫ ſeneſcere. Vñ ait ſa-
piēs. Eccl̄. ix. Ne derelinquas amicū in ne-
ceſſitate. Jta hō diligēs deū. deū debꝫ in ꝓri
mo diligere ſibi in neceſſitate ſubueniendo.
Jta in frōte naqꝫ erat ſcriptū litteris aure-
is: hyems ⁊ eſtas: in ſignū ꝙ ver⁹ amic⁹ in
dilectōe ꝟa nō dimittit illū quē amat i hye
me aduerſitatis: ⁊ in eſtate ꝓſperitatis. Jta

et nos xp̄m debemus diligere in aduersitate & prosperitate. vñ ait Job.ij. Si bona suscepimus de manu dñi.mala aũt quare non sustineamus. Itẽ in corde fuit scriptũ longe & ꝓpe aureis litteris in signũ qui diligit aliũ qñ prope est diligat euz si longe est. sed multi diligũt in facie dũ sunt ꝓpe: sed lõge i. a tergo detrahunt. Vñ poeta. Qui mel in ore gerit & me retro pũgere q̃rit. Eius amicitiã nolo mihi sociaz. Itẽ latus ei⁹ apertũ est in signũ ꝙ qui diligit dz suo dilecto suũ cor semper reuelare. Ita & nos debem⁹ xp̄o cor nostrũ in cõtritiõe & cõfessione reuelare sicut vero dilecto q̃ nos diligit. vñ Apoc.i. Qui dilexit nos & lauit nos a pctis nostris in sanguine suo. Itẽ in fimbria vestimẽti eius fuit scriptũ aureis litteris: vita & mors in signũ ꝙ q̃ veraciter diligit. diligit in vita & in morte; qđ pz de Maria mag. q̃ xp̄m dilexit & in domo pharisei vnxit & lachrimis pedes lauit & crinibus tersit: ad quã xp̄s ait. dimissa sunt tibi pctã multa: vñ multũ dilexisti: & sicut xp̄m in vita dilexit ita & in morte diligenter in signũ dilectõis q̃siuit. & sic pz ꝙ xp̄z debemus hodie honorare in duplici veste: videlicet pnie & dilectõis. Scđo dico ꝙ xp̄z debem⁹ hodie in ramis arborũ honorare pijciẽdo ad pedes eius. Due arbores ponũtur in euãgelio. s. oliua & palma. Oliua significat miam. q̃ eñ misericors est floret sicut oliua. Vñ comẽdat sapia misericordẽ hoĩez dicẽs. Quasi oliua speciosa i cãpis. Nã oliua semp retinet suũ virorẽ tã i hyeme q̃3 in estate: ita misericors floret hic i grã & in futuro in gloria. Et legim⁹ ꝙ salomõ fecit portas tẽpli hierusalẽ de oliua qñ in hier'm tẽplum edificauit dño in signũ ꝙ q̃cũq3 voluerit ire ad portã tẽpli celestis hier'm optet ipsũz eẽ misericordẽ in hac vita: ergo oĩs misericors honorat hodie xp̄m portãs ramuz oliue in manibus sicut colũba quã noe emisit de archa portauit ramũ oliue virẽtib⁹ folijs: vt habetur Geñ.viij. Ita misericors tempore inũdationis aquarũ.i. tribulationũ in die iudicij recipietur a xp̄o letãter: q2 hoc ipsũz honorauit in mia. Scđa arbor ponitur in euãgelio de cuius ramis ꝓiecerũt. s. palma Palma significat vitã bonã & honestam. vñ ait anima Canti.vij. Ascendam in palmaz & apprehendam fructus eius. Hec palma habet ramos multos: habet ramũ patientie: habet ramum obedientie: habet ramũ dilectionis & constantie: habet ramũ penitentie: habet ramum castitatis. Cuz ramo obedientie honorauit deũ Abraã qui voluit deo obedire & propriuм filiuz occidere & deo offerre: vt pz in Geñ. Cum ramo patiẽtie honorauit deũ Job qui oĩa perdidit: tamen patienter dixit Job.i. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factum est sit no. dñi benedictũ. Cũ ramo dilectionis honorauerũt xp̄m discipuli qui mortẽ pro eo sustinuerũt. Cũ ramo cõstantie sancti martyres xp̄m honorauerũt: vt pz de martyrio martyrũ. de sancto Stephano. Laurẽtio & ceteris. Cum ramo penitẽtie honorauerũt sancti cõfessores qui ieiunauerũt orauerũt cũ cilicijs corpora afflixerũt ꝓpter deũ. Cũ ramo castitatis honorauerũt xp̄m sancte ꝟgines q̃ ꝓpter xp̄m ꝟginis filium virginitatem vsq3 ad mortẽ seruauerũt. Patet ergo ꝙ turba xp̄m honorauit cũ ramis de oliua: & palma: ita & nos de mia. i. oliua: & palma i. bona vita. Tertio debem⁹ xp̄m cuz turba honorare cũ virtutũ floribus: q2 ipse est flos ꝟginitatis: vt ipse ait Canti.ij. Ego flos cãpi & liliũ cõuallũ. Sed hodie quattuor genera hoĩm inhonorãt xp̄m florẽ ꝟtutũ cum quattuor malis floribus. Nã hypocrite inhonorant eũ flore q̃ crescit in scirpo. de quo Job.viij. Nunquid virere põt scirp⁹ sine humore aut crescere carectũ sine aqua. Cũ adhuc sit in flore nec carpatur manu ãte oẽs herbas arescit. scirpus exterius viret & interius vacuus est: ita hypocrita floret mundo & non deo: q2 sua opera facit hoĩbus intuenda. Nõ põt in flore manu carpi: q2 nõ põt hypocrita argui qñ fiat impatiens. & iõ sunt quasi flores depicti qui apparent. & tñ nihil sunt. de quo legimus iij. Reg.vij. Fecit Salomon in domo dñi flores depingi q̃ splendebant: sed tamen quasi nihil erant. Secundi qui hodie obuiant xp̄o flori cũ floribus carnalis delectationis seu dilectiõis sunt lasciui. de q̃bus Esa.xl. dr. Oĩs caro fenum & oĩs gloria eius quasi flos agri exiccatum est fenum tẽpore mortis: & flos eius delectationis decidit. Unde dixerũt impij deum non cognoscentes Sapi.ij. Non preterea nos flos tẽporis coronemus nos rosis antequã marcescat. Tertij qui hodie xp̄m inhonorant cum malis floribus terrene cupiditatis sunt auari. vnde Jaco.i. Glorietur autem homo in sua humilitate. Nam orit sol iusticie in die mortis: & in die iudicij cuz ardore diuine vltionis. & cadit flos auaritie Quarti qui hodie virgineum florem inhonorant sunt superbi. De quibus ait Jere. xlviij. Date Moab florem superbie. quia florens egredietur iprouise: sicut flos qui cadit ante tempus: ita superbus homo cadit ex improuiso de flore sue sup̄bie in profun-

dum lacus fornacis. Unde legitur de Na-
buchodonoſor Danielis.iiij. ꝙ Nabucho-
donoſor rex in ſuperbia ſua deambulauit
in palatio ſuo: ⁊ exaltatus in ſupbia ait in
tra ſe. Ego nabuchodonoſor edificaui mi-
hi ciuitatē Babilonie in decorē regni mei
⁊ florē fortitudinis mee. ⁊ ꝓpter hoc eiect⁹
eſt de regno velut qui deijcitur de ſtipite in
terram ⁊ cōculcatur. Ita accidit hodie mul
tis quoꝝ cor eleuatur in ſuperbia ⁊ florēt
in fortitudine corporis: ⁊ tempe morti ꝓij
cit flos talis in ſterquilinū eterne mortis
Et ſic obuiant dño quattuor genera hoīm
hodie cum quattuor malis floribus vt hy-
pocrite: luxurioſi: auari: ⁊ ſuperbi ⁊c. Quar
to dico ꝙ turba hodie honorauit chriſtū
in laude exultationis cantando. Benedi-
ctus qui venit in noīe dñi: vt pꝫ in euāge-
lio. Turbe que ſequebātur ⁊ que precede-
bant clamabant. Benedictus qui venit in
nomine domini. Ipſe eſt benedicendus: qꝛ
venit ad nos omnes fideles benedicendo:
hic per gratiā ⁊ in futuro per gloriam. Ipſe
enī erat ille de quo predixit pater ad abra
ham ante aduentum xp̄i quindecim centū
annoꝝ ⁊ vltra. In ſemine tuo benedicētur
omēs tribus terre. Nam ꝓpter peccata ho
minū terra fuit maledicta: ſed per xp̄m bñ-
dicta: vt patet Gene.iij. Maledicta terra in
opere tuo. ⁊ ideo homo natus de terra nu-
tritus de terra. incurrebat eandem maledi
ctionem. ⁊ ideo illud verificando ſpūſancto
inſpirante clamabant. Oſanna.i. ſalua nos
a maledictione: qꝛ benedictionem dare vo-
luit omnibus iuſtis: ⁊ maledictionē omni-
bus malis: vt patet Gene.xlix. vbi legimus
ꝙ patriarcha Jacob habuit duodecim fili-
os qui acceſſerunt ad patrem vt acciperent
ab eo benedictionem: quibus omnibus be-
nedixit preter Dan cui maledixit dicēs. Fi
at Dan quaſi coluber ⁊ ſerpens venenoſus
mordens. ⁊ hoc propter ſuam malitiam: qꝛ
parentes non honorauit. Ita ſpiritualiter
cum omnes filij dei in die iudicij accedunt
ad patrem glorie: vt accipiant benedictio
nem celeſtē: tunc omnes benedicet preter
peccatorem qui deū non honorauit: nec ip-
ſum laudat ⁊ illum maledicet: ideo cū tur-
ba debemus xp̄m honorare: ⁊ benedictus q̄
venit in nomine domini decantare: vt cum
omnibus electis in die iudicij valeamus ad
benedicendum ſtare. Ergo quo ad thema.
Dicite filie ſyon: ecce rex tuus venit occurre
re ei cum veſtimentis penitentie ⁊ dilectio-
nis cum floribus virtutum cum ramis miſe
ricordie ⁊ pietatis ⁊ canticis leticie: ⁊ bene
dictiōis vt nos bñdicat hic ⁊ in futuro amē

## ¶ In cena domini. Ser. xxiij.

**Exemplum dedi vobis**
quēadmodum ego feci ita ⁊ vos
faciatis. Jo.xiij. Nos videm⁹ quā
do aliquis bonus ⁊ fidelis amicus ab ami
co debꝫ recedere ſolet ſibi aliquod clenodiū
relinquere vt poſt receſſū habeat de eo co
gitare: ita xp̄us dñs noſter qui venit ad nos
tanꝗ amicus ad amicū nos viſitare: vt ait
in ps. Qꝛ viſitauit nos oriens ex alto. Uo-
lens a ſuis amicis de hoc mundo recedere
exemplum ſue memorie voluit hic nobis re
linquere: vt ait in ps. Memoriam fecit mi-
rabilium ſuoꝝ miſericors ⁊ miſerator do
minus: ⁊ de hoc dicit in euangelio. Ante di
em feſtum paſce ſciens ieſus: qꝛ venit hora
eius: vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem
cum dilexiſſet ſuos ſanctos diſcipulos vſꝗ
in finem dilexit eos qui ſecum erant in hoc
mundo fecit cenam hodie ſuis diſcipulis di
lectis apoſtolis ⁊ cena facta cum iam dia-
bolus miſiſſet in cor iude Symonis ſcario
this: vt traderet eum principibus ſacerdo-
tum pro triginta argenteis. ⁊ hoc fecit heri
ſcꝫ in quarta feria: ⁊ propterea multi hoīes
q̄rta feria nō comedūt carnes: eo ꝙ caro xp̄i
vendita fuit quarta feria. Sciens autē ihs
qꝛ omnia dedit ei pater in manus. ⁊ qꝛ exi-
uit a deo ⁊ ad deum vadit aſcenſione ſurre
xit a cena volēs nobis dare exemplum hu-
militatis ponit veſtimenta ſua.i. ſupiorem
tunicam que fuit ſicut veſtimentū peregri
noꝝ. Dicunt aliqui ⁊ ſubdunt illam tuni-
cam quam habuit tunicam eſſe inconſutilē
⁊ illam ſupiorem exuit ⁊ poſuit de ſe: ⁊ lin-
theo vel manutergio precinxit ſe ⁊ miſit a-
quam in pelui quā hoſpes tradidit eis ad
lauandum manus. ⁊ cepit lauare pedes di
ſcipuloꝝ ⁊ extergere lintheo quo erat pre
cinctus. Uenit ergo ad ſimonem petrū ad
lauandum ſicut alios iā lauit. ⁊ dixit petr⁹
retrahendo pedes. ⁊ ego non ſum dignus.
Reſpondit dominus: ⁊ dixit. Quod ego fa-
cio tu neſcis modo. ſcies autē poſtea. tunc
dicam tibi: quare ego facio. Dicit ei petrus
Domine tu nō lauabis mihi pedes in eter
num.i. nunꝗ. Reſpondit dominus. Si non
lauero te hic per gratiam: non habebis me
cum partem in regno eterno. Tunc exten-
dit petrus pedes ⁊ ait. Dñe nō tm̄ laua mi
hi pedes: ſed ⁊ manus ⁊ caput vt magnam
partē habeā tecū. Dicit ei ihs. Qui lotus eſt
nō indiget: niſi vt pedes lauet: ſed eſt mūd⁹
totus ⁊ vos mūdi eſtis: ſed nō omēs. ⁊ hoc

dixit ꝓpter iudam: qꝛ sciuit ꝙ iam tradidit eum: ꝛ ideo ait. Non eſtis mundi oẽs. Poſt ꝙ̃ lauit pedes eorum accepit veſtimenta ꝛ cum ſediſſet iuxta diſcipulos ad menſam q̃ fuit rotunda. dixit eis. ſcitis quid fecerī vobis q̃re laui v. ſtros pedes. Tunc dixit. vos vocatis me magiſter ꝛ dñe. ꝛ bñ dicitis. ſum etenī. ſi ego laui veſtros pedes magiſter et dominus ꝛ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enī humilitatis in hoc oſtendi vobis: vt queadmodum ego feci vobis ꝛ vos faciatis. Nota ꝙ xp̄us nobis hodie dedit quattuoꝛ exẽpla. Primo exemplū mundítie in lauando. ſcõo dilectionis in cenando. tertio exemplū humilitatis in miniſtrando. quarto exemplū vocationis in predicando. Primo xp̄us dedit nobis exemplū munditie in lauãdo. Nam ipe eſt mundus: ideo nullū immundū vult habere in ſuū cõſortium: vt ait pš. Ambulans in via immaculata hec mihi miniſtrabat. Debemus igitur anteq̃ corp⁹ xp̄i in cena altaris accipiamus a quattuoꝛ maculis lauari. Prio a maculis male cogitationis debem⁹ coꝛ noſtrū lauare. Unde Eſa. j. Lauamini mundi eſtote auferre malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Nam cogitatio mala denigrat animam: ſicut candela album parietẽ q̃uis non comburit murum album. tamen maculat. ita mala cogitatio. ideo debemus animam lauare. Unde Greg. Quãuis macula venialis peccati cogitationis non ſe pat a deo. tamen retardat. ꝛ ſi in iſta vita nõ abluitur per aquã contritionis opoꝛtet: vt in purgatorio lauetur: ſed tamen cogitatio mala quando homo ſtatim reſiſtit non eſt peccatū: ſed meritum. vnde maximus in ſ. Quotiẽs reſiſtis totiẽs coronaberis. Greg. Cogitatio q̃tūcunq̃ mala mentem nõ polluit ſi ratio humana nõ cõſentit. Scõo debemus nos lauare ab immũditiis male operatiõis. vt ait Jere. iiij. Laua a malicia coꝛ tuum. Nã macula male opationis maculat coꝛ ꝛ delet faciem aĩe. Sicut videm⁹ ꝙ ymago depicta ad parietem interdū ita maculatur ꝙ nõ põt videri. ita opatio mala maculat faciẽ aĩe. ꝛ ideo ſacerdos anteq̃ accedat ad altare p̄mo lauat man⁹. ꝛ añ eleuationem ꝛ cõſecrationem lauat ſolū digitos quibus tractat hoſtiã. in ſignū ꝙ q̃libet accedens ad ſacramentū dꝫ ſe lauare a peccatis oĩbus: tam venialibus q̃ moꝛtalibus. vñ legim⁹ in figura. ij. Reg. vi. ꝙ Oſa ſacerdotis acceſſit ad tẽplū ꝛ tetigit archã in qua fuit tabula moyſi quã dñs ſibi dédit in monte ſynai cū decem p̄ceptis ꝛ virga aaron que floꝛuit cõtra naturam ꝛ mãna ꝛ immediate pcuſſus eſt a dño ꝛ acceſſit ante archam ꝛ man⁹ eius aruerunt ꝛ iudei aſſignant rõem ꝙ dñs ita pcuſſit eum: qꝛ in precedenti nocte doꝛmiuit cū ꝓpria vxoꝛe. ꝛ ſic acceſſit immũdus. Ecce ſi dñs pcuſſit illum qui archam tetigit immũdus cū ꝓpria vxore doꝛmiendo. quanto magis pcutiet illos in futuro iudicio qui accedũt cū multis malis operationibus: ſed tñ deus hodie miſericoꝛs eſt ꝛ ſup hoc non debemus peccare. Tertio debemus nos lauare a malis locutionibus ꝛ quicq̃d oꝛe peccauim⁹. ſ. detractione. Nam detractores inuidioſi aſſimilãtur canibus. Math. vij. Nolite ſanctum dare canibus. Quarto debem⁹ nos lauare anteq̃ accedamus a pctis intẽtionis. vñ Dauid in pſal. Petens dñm dicit. Laua me ab iniuſticia mea ꝛ ſuper niuem dealbaboꝛ. Et ideo figuraꝫ legimus in Exo. ꝙ Moyſes fecit lauatoꝛiū ãte tabernaculū de ere: ꝛ ſuperius ſpecula magna: vt intrãtes tabernaculū inſpicerent ſpecula magna: vtrum in eis alique macule eſſent vt illas delerent: ita ꝛ nos anteq̃ anima exeat de domo coꝛpoꝛis ꝛ anteq̃ vadat ad altiſſimum montẽ debet ſe in ſpeculo: ſcꝫ xp̄o mundare: ꝛ in aqua cõtritionis lauare: ideo exemplum mundicie accipiamus hodie a xp̄o: ergo voluit pedes diſcipulis lauare ꝛc. Secũdo debem⁹ a xp̄o accipere exemplum dilectionis quod oſtendit in cenando. Unde in hac cena reliquit nobis memoriam ſue dilectionis in altiſſimo ſacramento quod hodie cõcecrauit dicẽs. Accipite ꝛ comedite hoc eſt coꝛpus meum. Nã in ſacramẽto iſto eſt quadruplex dignitas que in hoſtia ſunt manifeſta: in hoſtia eſt albedo: qꝛ debꝫ eſſe ex puro tritico: in ſignum ꝙ accedens debet eſſe in virtute caſtitatis. Iteꝫ in hoſtia eſt rotunditas que ſignificat diuinitatem: qꝛ ſicut rotundū non habꝫ principium neq̃ finem: ſic deitas q̃ ẽ ſub ſacramẽto: ſic etiã in aĩa ſub coꝛpoꝛe: q̃tūcūq̃ ei coꝛp⁹ ledit̃ ꝛ coꝛp⁹ cõedit̃ tñ aĩa inuiſibilis ꝛ impalpabilis eſt: ita deitas ſub hoſtia. Item in hoſtia eſt imago xp̄i: in ſignum ꝙ digne ſumens in coꝛpus chriſti imprimitur: ſicut coꝛpus amantis cum amato. vide. ij. Coꝛ. iij. In eandem imaginem tranſformamur de claritate in claritatem. Itẽ in hoſtia eſt deſcriptio litterarū in ſignū ꝙ q̃ digne accipit ſcribit̃ ad libꝛū eterne vite. vñ ait dñs diſcipulis digne ſumẽtibus Gaudete: qꝛ nõia veſtra ſcripta ſũt i libꝛo vite. ꝛ ſic ptꝫ ꝙ hodie a xp̄o recepim⁹ exemplū dilectiõis in cenãdo vbi nobis reliq̃t ſuuꝫ coꝛp⁹ ꝛ ſan-

guinem in memoriã paſſionis. Tertio xp̃s
nobis hodie dedit exemplũ humilitatis in
miniſtrãdo. vnde ait Mat. xi. Diſcite a me:
qꝛ mitis ſum ꝛ humilis corde. Quõ autem
humilius poſſꝫ homini ſeruire q̃ꝫ pedes la-
uare. vñ Greg. Non põt eſſe maior humili-
tas q̃ꝫ ꝙ pedes diſcipuloꝝ lauit. vñ petrus
poſt aſcenſionẽ dñi ſuis diſcipulis ſemꝑ pe
des lauit. Et ex recordatõe xp̃i humilitatis
ſemꝑ amare fleuit. Hmõi exemplũ humili-
tatis in lotione pedũ eſt nobis non ſoluꝫ in
xp̃o: ſed in antiquis viris iuſtis ꝛ humilibꝰ
oſtenſuꝫ. vñ legimus figurã. Geñ. xviij. De
us pater ante incarnationẽ xp̃i ad duo mi-
lia annoꝝ ꝓbauit obedientiã abrahe ꝛ pfe
ctus inuẽtus eſt. Poſt hoc voluit ꝓbare ſuã
humilitatem ꝛ miſit tres angelos ad ipſuꝫ
in ſpecie hoim ambulãtiũ quaſi eſſent feſſi
ex itinere petẽtes hoſpitium. quos abrahã
lete ſuſcipiens dixit eis. Requieſcite ſub ar-
bore que ſtabat ante domũ ꝛ lauent pedes
veſtri ꝛ ſtatiꝫ pedes eoꝝ lauit ꝛ dixit ad vxo
rem ſuam. Vade cito ꝛ affer tria ſata farine
ꝛ fac panem vt hi comedant. Ita ſpũaliter
exemplum humilitatis nõ ſolum in xp̃o ſed
etiam antiquis patribus ſc̃tis ꝛ iuſtis nob
eſt oſtenſum. Nã xp̃us ſm humanitateꝫ eſt
de ſemine abrahe: vt pꝫ in euange. Math. j.
Liber generationis ꝛc. Qualis pater talis
filius. Non eñi fuit neceſſe angelis lauare
pedes: ſed ſoluꝫ in exemplũ humilitatis de
bet ergo aĩa deuota anteq̃ꝫ ad altiſſimũ ac-
cedat ſacramentũ. p̃mo ſub arbore reqeſce-
re. Arbor illa eſt crux ſancta. ꝛ lauare ibi pe
des. id eſt affectiones cũ lachrymis. ꝛ tũc di
cet xp̃us ad ſacerdotem. Affer tria ſata fari
ne: ꝛ fac inde panem vt talis reficiat. Tria
ſunt in ſacramento ſcꝫ diuinitas. caro. ꝛ aĩa
Et ſic aĩa p̃us in humilitate lota accedat.
ergo xp̃s anteq̃ꝫ apoſtolis dedit corpus pe-
des lauit: qꝛ nullus ſupbus accedat. Quar
to dico ꝙ xp̃us dedit nobis hodie exemplũ
vocationis in ſecretoꝝ reuelatione ꝛ p̃dictio
ne. Reuelauit eis tria ſecreta. Nam videmꝰ
in naturalibus ꝙ ſunt pauci dñi qui ſua ſe-
creta reuelant ſeruis ſuis: ſed xp̃us dixit ad
diſcipulos. Joh. xv. Jam vos non dicam ſer
uos ſed amicos: quia ſeruus neſcit quid fa-
ciat ſuus dominus: ſed ego quaſi amicus re
uelo vobis ꝛ p̃dico tria ſecreta. Primo mor-
tem meam: quia exiui a patre ꝛ veni in mũ-
dum: ꝛ iterum relinquo mũdum. ꝛ vado ad
patrem. Item ego animam meam pono ꝓ
vobis. naꝫ hodie tradar in manus peccato-
rum in mortem: ꝛ vnus veſtrum me tradet
ex hoc ceperunt triſtari. Tũc ait triſticia im
pleuit cor veſtrum: ſed expedit vobis vt ego
vadam parare vobis locuꝫ. ꝛ veſtra triſticia
vertetur in gaudium. Secundo p̃dixit eis ſe
cretum ꝛ velut amicis ſupernam remune-
rationem ne deſperarent dicens. Vos autẽ
ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim
tribus iſrael: qꝛ ipſi credere noluerũt q̃uis
ſigna diuerſa viderunt. Tertio dixit eis eo
rum diſperſionem. Unde dixit eis: ſcriptuꝫ
eſt. Percutiam paſtorem ꝛ diſpergent oues
gregis. Huius autem diſperſionis ꝛ ſecre-
torum reuelationis legimus figurã. iij. Re
gum. xix. ꝙ Jeſabel dña regionis iudeoꝝ
peſſima erat miſit q̃ꝫ nuncios ꝛ iuſſit interfi
cere ꝓphetas domini. eo ꝙ dixerũt veritatẽ
Tunc Helyas fugit in deſertum. ꝛ requie-
uit ſub iunipero ꝛ petiuit vt moreretur. ꝛ ob
dormiuit ibi in amaritudine anime ſue. Ve
nit ergo angelus dñi portans ſibi panem ꝛ
aquam ꝛ ſuſcitauit eum dicens. Surge ꝛ co
mede grandis tibi reſtat via. Qui ſurgẽs co
medit ꝛ bibit. ꝛ ambulauit in fortitudine ci
bi illius vſq̃ꝫ ad montem domini. Et ibi do
minus ſecreta ſua reuelauit ſibi ꝙ vellet in
breui in curru igneo eum in paradiſuꝫ per
angelos ducere: ꝛ ibi vſq̃ꝫ ad dieꝫ iudicij na-
turaliter viuere: ꝛ tempore antichriſti ſe debe
ret predicare. Ita ſpũaliter xp̃s p̃dixit ſuis
diſcipulis triſticiam ꝛ cibauit eos ſpane vite
ꝛ ſecreta eis reuelauit vt per illas ſecretorũ
reuelationes eos confortaret. Ita ꝛ nos de
bemus facere. dũ eñi iuſtꝰ homo fugit mor-
tem anime ꝑ peccati deteſtationeꝫ ꝛ requie
ſcit ſub iunipero penitentie. quia iuniperus
eſt acuta. excitatus diuina inſpiratõne debꝫ
ſurgere ex peccati pigritatõne. ꝛ refici pane
celeſti ꝛ potari aqua tribulationis ꝛ lachry
marum effuſionis. ꝛ in fortitudine illius ci
bi perueniet ad montem dei vite eterne: ſi-
cut ſancti apoſtoli. Monteꝫ in quo benepla
citum eſt deo habitare in eo: vt dicit pſ. De
iſto pane celico quo hodie apoſtoli fuerunt
recreati ait Berñ. O ſancte panis qui nos
ſemper reficis ꝛ nũq̃ꝫ in te deficis. qui come
deris quotidie ꝛ integer ſemper manes. il-
lumina me. conforta me. ſanctifica me. vas
cordis mei de malicia euacua. ꝛ illud reple
dei gratia. Ergo quo ad thema. Exempluꝫ
dedi vobis.

¶ Sequitur ſermo de paſſione dñi q̃ col-
lectus eſt ex libro Jacobi de voragine.

¶ De paſſione dñi. Sermo. xxiiij.

Ciens ieſus ꝙ iã om
nia conſummata ſunt vt con-
ſummaret ſcriptura: dixit ſitio

Illi ergo ſpongiam plenam aceto yſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cū ergo accepiſſet ieſus acetū dixit. Conſummatum eſt. ⁊ inclinato capite tradidit ſpiritū Joh. xix. Chriſtus in vita ſua iudeis multa dederat documenta. exhibuerat multa ſanctitatis exēpla. cōtulerat multa bñficia atq̄ miracula. Sed hodie miſeri iudei ꝓ documentis dederunt xp̄o dura verba pro exemplis dederunt duriora verbera. pro beneficiis dederunt ſibi duriſſima crucis tormenta. non reſtabat niſi vna pena: ſcʒ vt ipſum felle cum aceto potarent. ſicut auctoritate ſupradicta dicitur. In qua quidem auctoritate tria ponuntur ex parte xp̄i et vnum ex parte iudeoꝝ: nam ex parte xp̄i. ꝑmo ponit eius feruens charitas. cū dicit. Sitio. Secundo conſummationis veritas cū ſubdit Conſummatū eſt. Tertio magna pietas. cum dicitur. Inclinato capite tradidit ſpm̄ Quarto ex parte iudeoꝝ magna crudelitas in hoc ꝙ ſibi porrexerūt acetū ad bibendū Circa primum notandum eſt ꝙ per hoc ꝙ xp̄us dixit. Sitio. eius feruens charitas notatur. non eñ ſitiebat aliquē liquorē. Ber. Sitio ait xp̄us. non doleo. O dñe quid ſitis fidem veſtram. ſalutem veſtram. gaudiū veſtrum. plus animarū veſtrarū ꝑditio q̄ꝫ cor corporis mei cruciatus me tenet. Et ſi non mei ſaltem veſtri miſeremini. Iſta autē xp̄i charitas tripliciter incenſa omnes alios amores ſuperat. ⁊ excellit ſcʒ amorē naturalem. matrimonialē: ſocialem: ⁊ animalem. Amor naturalis eſt qui eſt inter patrē ſeu matrē ⁊ filium. ⁊ iſtū amorē: amor xp̄i excellit. Nulla eñ mater filium ſuum intantum dilexit inquantū xp̄us nos hodie amauit. Eſa. xlix. Nunquid poteſt mulier infantem ſuum obliuiſci: vt non miſereatur filio vteri ſui ⁊ ſi illa oblita fuerit ego non obliuiſcar tui. Ecce in manib⁹ meis deſcripſi te vt ſim memor tui corā oculis meis ſemꝑ. Nunq̄ fuit aliqua mater que filium ſuum intantū diligeret vt nomen ſuum in manibus pingi vel ſcribi faceret: vt ſic die ⁊ nocte memoriā eius haberet. Xp̄us autem in manibus ſuis die ac nocte ſcriptos nos portat vt ſemper memoriam noſtri habeat. Et illa ſcriptura non fuit facta cum calamo vel attramento vel in pergamemo: ſed calami fuerunt acutiſſimi claui. attramentum eius ſanguinis precioſus. ſcriptores iudei peruerſi ꝑgamenum caro manuum. Secundo excellit amorem matrimonialem qui eſt inter virum et vxorem. Et hoc in duobus. Primo in hoc ſi vxor fornicatur vlterius non recipitur: ſed anime noſtre ieſum xp̄m ſponſum deſerūt: et diabolo adultero conſentiunt. xp̄us eas penitētes recipit. ⁊ ideo in cruce manus extenſas tenet ad innuendū ꝙ peccatores ad ſe reuertentes ꝓtinus amplexatur. Jere. iij. Uulgo dicitur ſi dimiſerit vir vxorem ſuam ⁊ recedens ab ea duxerit alteram: nunquid reuertetur ad eam vltra. nunquid nō polluta ⁊ contaminata erit mulier iſta. Tu autē fornicata eſt cū amatoribus multis tamen ad me reuertere. ⁊ ego ſuſcipiam te dicit dominus. Secundo amor xp̄i excellit amorē matrimonialem in hoc ꝙ dicit. Si eſſet aliqua mulier que maculas in facie vel corpore haberet: ⁊ nō poſſꝫ ab illis maculis emūdari niſi vir vulnerari ſe faceret ⁊ in ſuo ſanguine vxor balnearet. nō eſt aliquis vir qui vxorem ſuam tantum diligeret ꝙ iſta ſuſtinere valeret. Anime etēm noſtre plene erāt maculis ⁊ ideo xp̄us in quinq̄ partib⁹ vulnerari voluit ⁊ ſanguinem ſuū fudit in quo ſponſa ſe balneauit ⁊ ab omnibus maculis mundata fuit. Et hoc eſt quod dicit Ephe. v. Uiri diligite vxores veſtras queadmodū xp̄us eccleſiam ⁊ tradidit ſemetipſum pro ea vt illam ſanctificaret mundans eā lauachro aque in verbo vite vt exhiberet ſibi ipſi glorioſam eccleſiam non habentem maculam ſiue rugam: aut aliquid huiuſmodi: ſʒ vt ſit ſancta ⁊ imaculata. Tertio amor xp̄i excellit amorem ſocialem qui eſt inter amicos. nullus homo inueniretur quo vellet mori pro amico q̄ntūcunq̄ iuſto: ſed pro amico bono in ſimplici fideli ⁊ innocenter diſpoſito forſitan quis ſe morti exponeret. nos nō eramus iuſti nec eram⁹ boni ſed impii ⁊ dei inimici ⁊ tamen xp̄us ꝓ nobis voluit mori. ⁊ hoc eſt quod dicitur ad Roma. v. Cum adhuc eſſemus inimici xp̄us ꝓ impiis mortu⁹ eſt. Poteſt tamen dici ꝙ deus habeat vnicū filium. ſcʒ genus humanum: vt ergo xp̄s inter iſtos pacem faceret mediatorem ſe interpoſuit. i. Thi. ii. Unus eſt mediator dei ⁊ hominum homo xp̄s ieſus qui dedit ſemetipſum redemptorem ꝓ nobis. Sepe autem contingit ꝙ aliquis quādo ſe inter duos rixantes interponit ab vtroq̄ vulnerat. Sed xp̄us eſt vulneratus a patre. Eſay. liij. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Uulneratur etiam ab homine. Zach. xiii. His plagatus ſum in domo eorū qui diligebāt me. Quarto vero amor dñi noſtri ieſu xp̄i excellit amorem animalem qui eſt inter animam ⁊ corpus. Anima eñ intantū diligit corpus ꝙ ab eo ſeparari renuit ⁊ omnē leſionē corporis vitat ⁊ fugit. Anima autē dñi noſtri

ieſu xp̄i intantum animas dilexit q̄ .ſ.a cor
pore ſuo ꝑ noſtra ſalute ſeparari voluit. Joh.
x. Animā meā pono ꝑ ouibus meis. Intm̄
dilexit q̄ paſſus eſt corpus ſuū in quinq̧ p̄
tibus cū multa leticia lacerari: vt p̄ciuʒ nr̄e
redemptionis abūdāter efflueret. Unde in
pſona ſua dixit ꝑpheta. Conſcidiſti ſaccum
meū ⁊ circūdediſti me leticia. Secūdo poni-
tur cōſummationis veritas. cōſummataq̧
⁊ completa fuerūt omnia que dicta fuerunt
de natiuitate ſua de ſua cōuerſione ⁊ de ſua
paſſione. Hodie quoq̧ cōſummatū fuit cor
pus ſuum ⁊ ſanguis ſuus. Corpus quidem
ſuum cōſummatū fuit. q̄ꝛ omnia oſſa ſua ap
parebant: ⁊ dinumerari poterāt. ps. Dinu
merauerunt omnia oſſa mea. Nec miruʒ ſi
corpus eius ſic fuit conſummatū: q̄ꝛ fuit tri
bus diſciplinis grauiſſimis flagellatuʒ. Eſt
em̄ quedam diſciplina q̄ fit v̄gis: ⁊ iſta for-
tis eſt: q̄ꝛ carnem frangit. Eſt alia q̄ fit cum
ſpinis duris ⁊ acutis. ⁊ iſta eſt fortior: q̄ꝛ vſ-
q̧ ad oſſa perforando pertingit. Eſt aūt alia
que fit cū ferreis inſtrumentis. ⁊ iſta ē fortiſ
ſima. quia animā a corpore excutit. Iſta tri
plici diſciplina fuit corpus xp̄i flagellatum
⁊ ideo totaliter cōſummatū. Primo em̄ fuit
flagellatus v̄gis ſeu funibus nodoſis quā
do ſcʒ Pylatus ipſum ad colūnam ligari et
flagellari fecit ⁊ talis flagellatio totū corpꝰ
vulnerauit. Secundo fuit flagellatus cū ſpi
nis duris ⁊ acutis coronatus ⁊ talis flagel-
latio vſq̧ ad os capitis ⁊ vſq̧ ad cerebrum
puenit. Et ſm̄ Chryſ. Mille puncturis caput
eius impleuit. ⁊ ſi dicatur q̄ videtur impoſ
ſibile q̄ ſpine os capitis tam durum potue
runt pforare. Uerum eſt ſm̄ naturam ſʒ nō
ſm̄ voluntatem diuinā. nec eſt cōtrariuʒ ei
quod dr̄ Joh. xix. Os non cōminuetis ex eo:
q̄ꝛ os capitis non fuit cōminutum. licet fuit
perforatum. Tertio fuit flagellatus inſtru
mentis ferreis: id ē cum clauis acutis ⁊ iſta
flagellatio animam excuſſit a corpore Ma-
thei. xxvij. Jeſus clamans voce magna pre
nimio dolore clauorum emiſit ſpirituʒ. Se-
cundo eius ſanguis fuit conſummatus: q̄a
totus a corpore euacuatus. omnia em̄ ope
ra fecit deus in numero pondere ⁊ menſu-
ra: vt habetur. Sapi. xi. excepto ope noſtre
redemptionis ibi em̄ non ſeruauit numeꝝ
vt q̄ vnam vel duas guttas ſanguinis fun
deret cū vna ſola ſufficeret non ſeruauit pō
dus vt ſcilicet vnam libram vel vnaʒ vnciā
funderet non ſeruauit menſuram. vt ſciliʒ
vnum calicem menſuraret: ſed totuʒ dedit
totum fudit. Unde Ps. Copioſa apud euʒ
redemptio. Bernar. Prorſus copioſa: quia
non gutta ſanguinis ſed vnda fluminis per
quinq̧ ptes corpis emanauit. Tertio oſtē-
ditur magna compaſſio ⁊ magna pietas in
hoc quod dicitur. Inclinato capite tradidit
ſpiritum. Magna quidem impietas: quia
iudei ſpiritum xp̄i ab eius corpore violēter
cum multis ſupplicijs expulerunt. Ps. Uiʒ
faciebant qui querebant animam meam.
Ex hoc autem q̄ dicitur. Inclinato capite
tradidit ſpiritum. quidaʒ voluerunt animā
principalem ſedem habere in capite ſuper
hoc tamen inter ſapientes fuerunt quattu
or opiniones. Quidam em̄ dixerunt animā
eſſe in corpore: ⁊ hoc propter auctoritatem
illam que dicitur. Gener. ij. de creatōne ho
minis inſpirauit in faciem eius ſpiraculuʒ
vite. Iſta enim eſt inſpiratio vite. Alij dixe
runt ipſaʒ eſſe in corde ⁊ hoc propter aucto
ritatem illam. Math. xv. De corde exeunt
cogitationes. q̄ em̄ cogitationes exeūt ab-
ſit niſi exeant ab anima. Hiero. in epiſtolis
ad fabiolam. Quid principale hominis ni-
ſi anima quam plato in cerebro: xp̄s eſſe in
corde monſtrat. Alij dixerunt in ſanguine.
⁊ hoc propter illō quod dicitur Leuit. xvij.
Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Alij
ipſam eſſe in corpore ⁊ in qualibet parte to
tam. ⁊ hoc propter illud. ij. Regū. i. Adhuc
tota anima eſt in memetipſo in corpe meo
Judei vero volentes animam xp̄i cruciari
videntur iſtas quattuor opiniones ſaltem
ipſo facto ſciuiſſe. Primo em̄ ipſam animaʒ
cruciauerunt in capite. quando fuit ſpinis
coronatus. Anſel. Coronatus incedit ſed
ipſe ſua cruciatus eſt corona: quia mille pū
ctis eius precioſiſſimum verticem vulnera
uit. Secundo ipſam cruciauerunt in corde
q̄ꝛ ſi fuit iuxta cor in latere vulneratus eſt:
vt ſi forte aīa remanſiſſet cruciatuʒ ſentiret
Uerūtamen cum triplex ſit amor. ſ. ſermo-
nis. cordis ⁊ operis: tunc quādo oſtēdit no
bis amorem ſermonis ſui in ſapiētiꝑ p̄dicati
one amorem operis in miraculoꝝ exhibiti
one non reſtabat niſi oſtenderet amorē cor
dis quem oſtendit in lateris aptione. Ber.
Clauus penetrans: clauis reſerans factus
eſt mihi q̄ videam per foramen clamat cla
uus clamat vulnus q̄ verus deus ſit in xp̄o
reconcilians ſibi. Tertio cruciauerūt eius
aīam in ſanguine qn̄ ſcilʒ cum clauis acutis
eius neruos aperuerūt: ⁊ totum ſanguineʒ
cū doloribus extraxerūt: ita q̄ corpꝰ eius in
cruce remanſit aridum ſicut lignū. Un̄ ps.
Aruit tanq̄ teſta v̄tus mea. Idē. Oſſa mea
ſicut cremiū aruerūt. et aſſimilat xp̄s corpꝰ
ſuum teſte ⁊ cremio. Nam teſta que p̄us fu-

erat humida poſtmodum ab igne facta eſt
arida. Similiter cremium eſt lardum adu-
ſtum a quo: ſcʒ omnis pinguedo receſſit. cor
pus ergo xpi in cruce fuit ſicut teſta que ab
omnibus ſuis humoribus fuit exiccata: ꝛ fu
it ſicut cremium: quia ſanguine ſuo precio-
ſiſſimo fuit euacuatuʒ. Quarto vero affixe
runt ipſi iudei animam dn̄i noſtri ieſu xpi
in toto corpore: qꝛ a plāta pedis vſqꝫ ad ver
ticem non fuit in eo ſanitas. Cruciatus eī̄
fuit in toto corpore: in parte ſuprema fuit
ſpinis coronatus media fuit ad columnaʒ
ligatus ꝛ flagellatus. In infima fuit pedi-
bus ꝑforatus vbi ſenſit magnum dolorem
qꝛ locus erat neruoſus. ꝛ qꝛ vnus pes ſup
aliū poſitus. ꝛ qꝛ groſſis clauis perforatꝰ
ꝛ qꝛ innitebatꝰ clauatis pedibus totū corpꝰ
Quarto pōitur ex ꝑte iudeoꝝ magna ꝑuer
ſitas: in eo ꝙ os xpi aceto potauerunt. Due
magne ruſticitates hodie ori xpi facte fuer̄t
Una eſt qꝛ ſibi acetum bibere dederūt. Se
cūdo qꝛ iudas ore ſuo turpiſſimo os xpi ſan
ctiſſimū oſculari preſumpſit: iſtas duas ru-
ſticitates hodie multi adhuc faciūt ori xpi.
Quidam eī̄ adhuc ſibi dant acetum. i. ope
ra acerba pſ. Exacerbauerūt dn̄m pctōres
Cum ei deberēt dare vinū ſuaue. i. opa bōa
ꝛ deo placita: dant ſibi acetum. i. opa acer-
ba. Eſa. v. Expectaui vt faceret vuas ꝛ fecit
labruſcas. Secundo ſunt quidam qui cum
iuda os xpi oſculantur. Quattuor eī̄ perſo
ne chriſtum oſculate ſunt. Nā ipſum oſcula
ta fuit mater eius: quia quando eum infan
teʒ in brachiis ſuis baiulauit ſepe ipm oſcu
labatꝰ. ꝛ hoc in ſignū amoris. Oſculatus eti
am fuit ipm Symeon quando ſcʒ ipſum in
vlnas ſuas aſſumpſit: illud oſculum fuit i ſi
gnuʒ reuerētie vel deuotōis: ſicut qs manꝰ
vel pedes pape oſculatur. Oſculata etiam
fuit eū maria magdalena: ꝛ hoc in ſignum
reconciliationis: ſicut quādo inimici ad pa
cē veniūt ſe mutuo oſculātur. Oſculatus eti
am fuit eum iudas: ꝛ hoc in ſignum ꝓditio
nis: ſicut ꝛ Joab oſculatꝰ eſt amaſan: vt ha
betur ſecundi Regum. xx. Quicunqꝫ ergo
xp̄m oſculabitur videat qualiꝰ eū oſculetur
Jlle eī̄ qui nullū hʒ odium vel rācorem: ſʒ
ad deū ꝛ ꝓximū hʒ ſincerū amorē: oſculatur
eū cū matre. Jlle qui ad xpi paſſionē multa
reuerētia ꝛ deuotione ꝛ lachrymarū effuſio
ne afficiꝰ oſculatur eū cum ſymeone. Jlle q
prius erat deo inimicus. ꝛ in iſta quadrage
ſima eſt ſibi recōliatus: oſculatur eum cum
maria magdalena. Jlle qui hodie oſculatur
crucifixum ꝛ etiam cuʒ ipſo epulatur. ꝛ poſt
paſca reuertitur ad peccata oſculatur eum
cum iuda proditore. magna enim proditio
eſt hodie xpo oſculum dare ꝛ in paſca cum
ipſo comedere: ꝛ poſt de domo corporis ſui
xp̄m expellere: ꝛ inimicuʒ ſibi capitalem. i.
demonem in cor ſuum introducere. Tali-
bus poteſt dicere xp̄s quod dꝛ in pſ. Tu ve
ro homo vnanimis dux meus ꝛ notus meꝰ
qui ſimul mecum dulces cibos capiebas in
domo dei ambulauimꝰ cū cōſenſu. Ueniat
mors ſuꝑ illos: ꝛ deſcēdāt in īfernū viuētes

## De paſſione domini. Sermo. xxv.

INſpice ꝛ fac ſcd̄m exē-
plar quod tibi in monte monſtra
tum eſt Exo. xxv. Xp̄s eſt tanqꝫ li
ber exemplaris ad cuius exemplar totaʒ vi
tam noſtram deducere debemus ꝛ ipaʒ cor
rigere. Eccleſia quoqꝫ officia ſua ꝛ obſeruā
tias ſuas ab iſto libro extraxit. maxime aūt
in hac die eccleſia in officio multa myſteria
facit que ab iſto libro exēplauit. Et ideo ad-
ducitur ſupradictum verbum dei patris ec
cleſiam alloquentis ꝛ dicētis. Inſpice ꝛ fac
ſm exemplar quod tibi in monte monſtra-
tum eſt. Uideamus ergo que ſunt illa my-
ſteria que hodie eccleſia facit: ꝛ que ex iſto li
bro exemplauit. Primum eſt ꝙ altaria ſunt
denudata. Altare quidem eſt xp̄s qui hodie
ſuis veſtibus fuit denudatus. Habebat eī̄
xp̄s tria genera veſtimentorum. Primo ha-
bebat veſtes materiales quas ferebat ſi-
cut alii homines iſtis fuit denudatus pſ.
Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. Habebat
aūt aliud veſtimentuʒ. ſ. corpus proprium.
iſto veſtimento anima xpi hodie fuit expo-
liata ꝛ corpore ſuo denudata. Jo. xix. Incli-
nato capite tradidit ſpiritum. Habebat au
tem veſtes ſpūales. i. ipſos apl̄os q̄ xp̄m q̄-
dāmodo veſtiebant ꝛ ornabāt Eſa. xlix. Ui-
uo ego dicit dn̄s: qꝛ his oibꝰ velut ornamē-
to veſtieris. Iſtis veſtibus fuit poſt denuda
tus: qꝛ ab omnibus apoſtolis fuit derelictꝰ
Scd̄m myſterium eſt ꝙ eccleſia tribus die-
bus morteʒ xpi plangit ꝛ tenebras facit ad
innuēdum ꝙ ſol tribus horis tenebris ſe in
duit ꝛ mortē xpi planxit: vel ad innuendū ꝙ
triplex creatura mortem xpi defleuit: ſicut
pure corporalis: vtpote terra q̄ contremuit
et ſol q̄ obſcuratus fuit: ꝛ pure ſpūalis ſicut
āgelus. Eſa. xxxiii. Angeli pacis amare fle
bant. ꝛ compoſita ſicut apl̄i ꝛ ſcē mulieres
vel ideo etiam: qꝛ tribus diebus iacuit mor
tuus. Tertium eſt ꝙ campane hodie ſilue
rūt. Xp̄s eī̄ habebat duodecim cāpanas. i.
duodeci apl̄os: quarū vna penitꝰ fracta fu-
it: ſcʒ iudas: ꝛ remāſerūt vndecim iter quas

erat vna ceteris groſſior.ſ. Petr⁹ qui ſemel
tam alte ſonuit ꝙ ſonus eius ſuper ãgelos
aſcendit quando dixit Mathei.xvi. Tu es
xp̄us filius dei viui. Iſta campana hodie ſo
num ſuum pdidit quãdo xp̄m negauit. Si-
militer ceteri apoſtoli hodie ſonũ ſuum per
diderunt qñ xp̄m reliquerunt. Alia campa
na fuit xp̄us que in vita nõ ceſſauit ſonare.
id eſt predicare. tandem eleuata eſt in cam
panile crucis ꝛ ibi ſonum dedit pie conque
ſtionis in auribus patris cum dixit. Math.
xxvij. Deus meus deus me⁹ vt quid dereli-
quiſti me. Dedit ſonum magni amoris cum
dixit. Joh.xix. Ecce fili⁹ tuus. Dedit ſonuꝫ
magni doloris in auribus humani generis
cum dixit. Treñ.i. O vos om̄s q̄ tranſitis p
viam attendite ꝛ videte ſi eſt dolor ſimilis
ſicut dolor meus. Et iſta cãpana intm̄ ſonu
it ꝙ rauca facta fuit. pſ̄. Laboraui clamãs
rauce facte ſunt fauces mee. Tandem iſta
campana fuit fracta: ꝛ etiam in quinqꝫ par
tibus fuit pforata. Et tunc oĩno ſiluit et ſo-
num ſuũ amiſit. Alia vero cãpana fuit bea-
ta virgo maria que tam dulciter ſonuit ꝙ
filius dei ad eius ſonũ de celo venit quãdo
ipa dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſcḿ v̄bũ
tuum. Dulciter ſonuit ꝙ Johãnes ad eius
ſonum in vtero tripudiauit. Iſta campana
ferro doloris hodie perforata eſt. et ideo ſo-
nuꝫ pdidit. Luc.ij. Tuam ipſius aiam per
tranſibit gladius. Alia cãpana fuit vniuer
ſitas creaturaꝝ que dat triplicem ſonũ. q̄a
predicat dei potentiã ex ſua magnitudine.
dei ſapiam ex ſuo ordine. dei bonitatem ex
ſua vtilitate. Iſta campana hodie intm̄ ſilu
it ꝙ tota cõfixa fuit. Leo papa. Ad hoc pec-
catum expauit ꝛ epalluit tota machina mũ
dialis ꝛ fere in ãtiquuꝫ chaos redacta ſunt
vniuerſa. Unde philoſophi videntes ecly-
pſim ſolis contra naturam fieri dixerũt ꝙ
ordo nature peruertitur aut elementa men
tiuntur: aut deus nature patitur ꝛ elemẽta
ſibi cõpatiuntnr. Quartum eſt ꝙ hodie ta-
bule pcutiuntur. Illa autem percuſſio tabu
le rep̄ſentat clamorem crucis que clamat hu
deorum maliciam ꝛ xp̄i innocẽtiã. Secũdo
rep̄ſentat clamorem ſanguinis q̄ clamat ꝓ
nobis ꝛ cõtra nos. Nã clamat ꝓ nobis pe-
tens miam. vñ apoſtolus ad Heb.xij. Acceſ
ſiſtis ad ſanguis aſperſionẽ melius loquẽ-
tem ꝙ̄ abel. Clamat auteꝫ cõtra terrenos.
Job.xvi. Terra ne operias ſanguinẽ meuꝫ
neqꝫ inueniat in te locũ latendi clamor me
us. Latet em̄ ſanguis xp̄i in eorũ memoria
q2 nullã recordationẽ facit in eoꝝ volunta-
te: q2 nullam deuotionem. Tertio ſonus ta
bule rep̄ſentat cõfuſum ſonũ qui fit in infer
no. Si quidẽ quãdo dñs noſter ieſus xp̄us
clauſtra infernalia cõfringebat. vnde dr in
pſ̄. Qui cõtriuit portas ereas ꝛ vectes fer-
reos confregit. Angeli valẽter clamabant.
Tollite portas p̄ncipes veſtras. Sancti pa
tres iubilabant dãnati ibi relinquebantur
flebant demones vlulabant. ꝛ ſic cõmixtus
erat ſonus gaudentium ꝛ ſonus flentium.ſ.
Eſdre.iij. Nõ poterat quiſq̄ꝫ cognoſcere vo
cẽ clamoris letantiũ. ꝛ vocẽ flet⁹ ppl'i. Quar
to ſonus tabule rep̄ſentat ſtrepitũ armorũ
quem fecerunt iudei in capiẽdo xp̄m cũ gla-
dijs armis fuſtibus ꝛ laternis. Quito ſon⁹
tabule fit ad excitandũ triſticiam ꝛ meroreꝫ
Hodie q̄dẽ eccleſia tacet omẽs ſonos leticie
ſonos leticie ꝛ facit ſonos triſtitie. naꝫ tacet
ſonum cãpane ꝛ facit ſonum tabule tacet le
ctiones ꝛ facit lamentationes: tacet cãtus
letitie ꝛ dicit cãtus meroris ꝛ triſticie. Quin
tum eſt ꝙ paſſiones aliorum ſanctorum ce-
lebramus cum gaudio paſſionẽ domini agi
mus cum lamentatione cuius ratio eſt: q2
alij paſſi ſunt propter ſe: ſcꝫ vt gloriam acq-
rant quam non habebant: ſed xp̄s propter
peccata noſtra delẽda. Alia ratio eſt: q2 ho
die fleuit terra quãdo cõtremuit. Fleuit ſol
quãdo obſcuratus eſt. Fleuerũt ſancte mu-
lieres. Lu.xxij. Filie ſyon nolite flere ſuper
me. Fleuerũt apoſtoli. vnde cantatur. Tri-
ſtes erãt apoſtoli de nece ſui domini. Fleuit
petrus. Mat.xxvi. Egreſſus foras fleuit a-
mare. Fleuit beata virgo: doloris gladio p-
forata. Fleuit xp̄s. Mat.xxvi. Triſtis eſt ani
ma mea vſqꝫ ad mortem. Fleuerunt angeli
Eſa.xxxiij. Angeli pacis amare flebant: fle-
uiſſet ſi poſſibile fuiſſet deus pater videns
filium ſuum tam ignominioſe tractari. in-
ter ergo tot flentes nullus debet gaudere.
Sextum eſt ꝙ miſſa hodierna nõ habet p̄n
cipium neqꝫ finem: q2 nec introitus nec be-
nedicamus dicitur nec finitur ad innuẽdũ
ꝙ ille qui eſt pricipiũ ꝛ finis a nobis receſſit
Ille etiam qui eſt in tribulatione non indi-
get benedictione ſꝫ cõpaſſione. ꝛ ideo nõ dr
benedicamus domino. Nõ habet etiaꝫ iſta
miſſa mediũ: q2 ſacra hoſtia hodie eſt abla
ta. Septimum eſt ꝙ circa cruceꝫ ter genua
flectimus vt illũ honoremus qui fuit ter ꝓ
nobis illuſus: ſcꝫ ab herode q̄ veſte alba euꝫ
induit a militibus qui ipſum ſpinis coronã
uerunt: ꝛ a iudeis qui ſibi in cruce exiſtenti
inſultauerunt. Facimus ꝛ circa crucem of-
ficium in lingua greca ꝛ latina: ꝛ iſte due lin
gue ipſum cõfitentur ꝛ adorãt. Lingua aũt
hebraica, ibi ſilet: q2 ipm nõ cõfitet. Octauũ

eſt ꝙ ante crucem totaliter in terram nos
proſtramus ⁊ poſtea oſculamur. ipſe enim
ſe propter nos ꝓſtrauit vſꝗ ad terre ſuſcep
tionem. Phili. ij. Semetipm exinaniuit for
mam ſerui accipiens vſꝗ ad terre habita-
tionem. Baruch. iij. Poſt hec in terra viſus
eſt ⁊ cū hoibus conuerſatus eſt. vſꝗ ad ter
re intima per mortis deiectionē. Jere. xlvi.
Fortis impegit fortē ⁊ ambo corruerūt pa-
riter. vſꝗ ad terre penetrationem. Eccleſi.
xxiiij. Penetrabo inferiores partes terre et
inſpiciā oīs dormiētes. ⁊ illumiabo oīs
ſperātes in dño. Nonum eſt ꝙ eccleſia ho-
die pro oibus orat. Cuiꝰ ratio eſt ꝙ xp̄s ho
die fuit valde pius in parcēdo qn̄ dixit. Lu
ce. xxiij. Pater dimitte illis qꝛ neſciūt quid
faciunt. Fuit valde liberalis in largiēdo: qꝛ
ad modicam petitionē dedit latroni regnū
celorum. Fuit valde largus in redimendo:
qꝛ nō guttam: ſed totū ſanguinē ſuum effu-
dit. ⁊ dedit ꝓ noſtra redēptione. pſ. Apud
dñz miſericordia ⁊ copioſa ⁊c. Jdeo eccleſia
ad ſimilitudinē xp̄i eſt liberalis hodie i orā
do ⁊ multum pia in parcēdo. Decimū eſt ꝙ
hodie fideles eccleſias ⁊ altaria ſctoꝝ viſi
tare cōſueuerūt. Cuiꝰ triplex eſt ratio. Pria
eſt qꝛ talis viſitatio repn̄tat viſitationē apo-
ſtolorum ⁊ ſanctaꝝ mulierū. qꝛ crebre ſepul
chrum viſitabant. Scda ratio eſt. qꝛ hodie
xp̄s oēs ſanctos qui fuerūt a principio mū
di vſꝗ tūc pſentialiter viſitabat. ⁊ ad lymbū
deſcēdit. Luc. i. Uiſitauit nos oriens ex al-
to. Tertia rō eſt qꝛ hodie ſcti debēt eſſe val
de liberales. qꝛ hodie de carcere erāt libera
ti ⁊ in celeſte imperiū ſublimati. Si quis de
carcere liberaret ⁊ ad imperiuz ſublimaret
ille diem illū multū dilegeret ⁊ illa die mul-
tum liberalis eſſet. Merito ergo hodie fide
les ſctos viſitāt. vt ab ipis de carcere libera
tis ⁊ ad imperiū ſublimatis beneficiuz ob-
tinere valeant. Quod nobis preſtare digne
tur ⁊c.

¶ Ipſo die paſche. Sermo. xxvi.

i Eſum queritis nazare
num crucifixū ſurrexit. nō eſt h.
Mar. vl. Nos videmus in natu
ralibus ꝙ deꝰ valde mirabilia opa fecit ſm
ſuam potentiā ⁊ ordinauit ea ſm ſuaz ſapi
entiam ⁊ cōſeruat ea ſm ſuā clementiaz. Et
ideo ait ꝓpheta in pſ. Mirabilis deus in
oibus opibus ſuis. Naz videmꝰ ꝙ arbores
et plāte creſcūt de terra: vireſcūt floreſcunt.
fructificāt: matureſcūt: ⁊ fructꝰ maturi col-
ligūtur. ⁊ de fructibꝰ viuit natura fragilis ⁊
tpe ſuo arbores areſcūt tanꝗ nō ſit vita in
eis. ⁊ tamen iterum ſuo tpe reflorent. ita ꝙ
oīs oculus eas inſpiciēs letat. Sed ꝑ quem
modū illud fit certe ignoramꝰ. ſoli creatori
cōſtat qui hz eas creare ⁊ totum celū guber
nare. Jta ſpūaliter nota hoiem ſm Math.
Arbor bona fructꝰ bonos facit. Et in arbo
re naturali iſta ſupradicta videmꝰ ꝙ egredi
tur de terra occulte. vireſcit. frondeſcit: ger
minat fructificat. areſcit ad tp̄s ⁊ floreſcit.
Jta humana natura naſcit de terra nutrit
de terra. in pueritia vireſcit. in adoleſcētia
frondeſcit in fortitudine germinat. in ope
fructificat in ſenectute marceſcit ⁊ areſcit.
quia cadūt folia et rami. ſ. quando vires de
ficiunt. ⁊ homo caligatur in oculis. ⁊ in ſta-
tura curuatur. ⁊ ad tēpus morit. Et poſtea
iterum refloret in ipo die iudicij reſurgēdo
Et iſta ꝓbat Job. xiiij. dicens. Lignum ha-
bet ſpem ſi preciſum fuerit rurſum vireſcit
Jta homo ſimiliter. ꝙ nulli ſit dubiū d hoc
ideo xp̄us deus ⁊ homo in natura humana
voluit naſci de virgine. floruit in fortitudie
fructum feſcit in bona opatione. mortuus
eſt in crucifixione. ſepultus i ſepulchro ma
nifeſta viſione: qꝛ multi hoc viderūt. Sed
modo refloruit in reſurrectione: ideo de eo
ait ꝓpheta. Refloruit caro mea: quomodo
autē hoc factū ſit patet in euangelio ſm ꝙ
marcus deſcribit qui omia manifeſte ocu-
lis ſuis vidit dicens. Maria magdalena et
maria Jacobi ⁊ maria ſalome emerunt aro
mata vt venientes vngerent Jeſuz. Maria
magdalena fuit illa cui dixit dñs in vigilia
palmarum dimiſſa ſunt ei peccata multa:
quoniam dilexit multum: ⁊ maria iacobi et
maria ſalome fuerunt ſorores virginis ma
rie ⁊ valde mane vna ſabbatoꝝ: id eſt vna
die tranſacto ſabbato in qua ſabbatum ce-
lebrabant. veniunt igitur ad monumentū
dum ſol incepit oriri. et dicebant adinuicē.
Quis reuoluet nobis lapidem d monumē-
to qui erat magnus valde: et ſtatim ange-
lus domini reuoluebat lapidem de monu-
mento: et ſedebat ſuper lapidez ⁊ dixit. No
lite timere. Et introeuntes in monumentū
viderunt angelum in ſpecie iuuenis ſeden
tem in dextris coopertum ſtola candida et
timuerunt. Qui iterum dixit illis. Nolite
expaueſcere Jeſum queritis nazarenū cru
cifixum ſurrexit non eſt hic. Ecce locus vbi
poſuerunt eum. Sed ite dicite diſcipulis
eius et petro ſpecialiter qui nimis triſtis ē:
eo ꝙ negauerit chriſtum: quia ſurrexit ⁊ pre
cedet vos in galileam. id eſt patriam cele-
ſtem et ibi eum videbitis facie ad faciem ſi
cut in cena predixit vobis: exiui a patre ⁊ ve

ni in mundum. ⁊ iterum relinquo mũdum
et vado ad patrem. ⁊ ibi me videbitis i ma
nifeſto. ergo quo ad thema. Jeſum queritis
nazarenum. ⁊c. In his verbis angelus tria
facit Primo tangit paſſiõis chriſti ignomi-
niam vt charitate inflammemur. cuz dixit:
Jeſuz q̄ritis nazarenũ crucifixũ. q. d. pro no
bis crucifixum. ideo merito debemus cuz di
ligere ⁊ querere. Secũdo aſtruit reſurrectõ
nis gloriam vt ſpe ſubleuemur. cum dixit.
ſurrexit nõ eſt hic. quaſi. d. iam glorificatus
eſt. ⁊ ideo ſuper terram querendus non eſt.
Tertio ſubdit probationis materiaz vt in
fide ſolidemur cum dixit. ecce locus vbi ⁊c.
Nota ꝙ xp̄s ſurrexit quattuor modis ⁊ hoc
quattuor de cauſis. Primo apparẽter pro-
pter triſtium cõſolationem. Secũdo poten
tenter ꝓpter fidei cõfirmatiõez. Tertio na
turaliter ꝓpter nature renouationẽ. Quar
to figuraliter ꝓpter future reſurrectionis
oſtenſionem. Primo xp̄s ſurrexit apparen
ter ꝓpter triſtium cõſolationem. Nam ho-
dierna die apparuit diſcipulis ſuis et dile-
ctis ſuis amicis ſex vicib⁹. Prima vice ma-
rie virgini. ⁊ hoc nõ ſcribũt euãgeliſte. q2 il-
lud qđ poteſt dubitari hoc ſcribũt. ⁊ in illo
nullus debz dubitare q̄n primo app̄uit vir-
gini marie. q2 xp̄us dixit honora patrem ⁊
matrem. ⁊ illud ſemp̄ impleuit. ⁊ ideo ma-
ria nõ queſiuit ip̄m cum aliis tribus mari-
is in ſepulchro. ⁊ hoc etiam ꝓpter nimiam
debilitatem corporis ⁊ ꝓpter triſticiã quã
habuit. Etiam dicũt aliqui doctores ꝙ iſte
gutte ſanguinee ſup̄ veſtimenta eius effuſe
ſub cruce, clarificabãtur in reſurretione. et
ſic ip̄a hodie gauiſa eſt. Sc̄da vice app̄uit
marie magda. nam q̄n ille tres marie vene
runt ad ſepulchrũ qđ fuit in orto extra ciui
tatem ⁊ nõ inuenerũt corpus ſed angeluz in
dextris in ſtola candida. ⁊ dixit eis. quẽ que
ritis ſurrexit nõ eſt hic. ite dicite diſcipulis
et cum irent ⁊ diſcipulis dicere voluerunt.
Maria mag. reuerſa eſt ſola ad monumẽtũ
Tunc duos angelos vidit. vnũ ad caput et
aliũ ad pedes ⁊ dicũt mulier q̄d ploras. ⁊ cũ
hec retro ſpexit vidit dn̄m a longe ſtantem
in orto ⁊ putabat ip̄m ortulanũ dicens. Si
ſuſtuliſti dn̄m meũ dicito mihi vbi poſuiſti
eum vt ip̄m tollam. Rñdit dn̄s. Maria. ⁊ in
hoc verbo cognouit eum. ⁊ ſtatim ſurrexit
et cecidit ad pedes eius vt oſcularet. et ait
dn̄s. Noli me tangere: q2 queris dubitãdo.
et ſic app̄uit ſc̄da vice. Tertia vice trib⁹ ma
riis ſimul. Nam cuz maria mag. vidit dn̄m
gauiſa eſt. ⁊ ſtatim iuit ad alias marias: ſcz
ſalome ⁊ iacobi vt eis diceret. Tunc ſimul
iſte tres ibant ad diſcipulos. ⁊ in via appa-
ruit eis chriſtus ⁊ dixit auete. ⁊ oſculabant
pedes eius. tunc p̄miſit eas ſe tãgere: quia
credebant ip̄m ſurrexiſſe. ⁊ dixit. Ite dicite
fratribus meis quia ſurrexi a mortuis: ⁊ ſic
apparuit tertia vice. Quarta vice apparuit
Petro ſoli. Nam quãdo ip̄e tres Marie eis
dixerunt. tunc duo diſcipuli ad monumen-
tum ſtatim cucurrerunt ſcz Petrus ⁊ Johã
nes. Unde Lucas. Cucurrerunt duo ſimul
et Johannes fuit iuuenis ⁊ precucurrit ci-
tius Petro qui fuit ſenior. ⁊ Johannes ve-
nit prior ad monumentum ⁊ introſpexit.
Sed cũ petrus venit ſtatim introiuit ſepul
chrum ⁊ inuenit lintheum vel ſindonẽ mũ
dum in quo fuit corpus xp̄i inuolutum ⁊ ſu-
darium quod habuit in facie. ⁊ ſic iohãnes
et petrus receſſerunt ⁊ eũ nõ inuenerũt. Cũ
autem petrus iuit ad ſecretum locũ in orto
vt fieret apparuit ei xp̄s vt nõ deſperaret:
ſed vt cõſolaretur. Luc. vl. Surrexit dn̄s, ve
re ⁊ apparuit ſymoni petro. ⁊ ſic quarta vi-
ce apparuit. Quinta vice app̄uit illis duob⁹
diſcipulis hora veſpertina eũtib⁹ i emaus
de hieruſalem. ſicut craſtina die tenet euan
gelium. Hic narrat euangelium hoc ⁊ cras
predicabit quod hodie eſt factum: et ſic ap
paruit quinta vice. Sexta vice apparuit ho
die omibus apoſtolis ſimul in domo vbi ce
nam fecerunt ⁊ ibi ꝓpter metum iudeoruz
mãſerunt ⁊ oſtium clauſerunt. ⁊ clauſis ia-
nuis ad eos intrauit dicens. Pax vobis: no
lite timere ego ſum. Et hec apparitio fc̄ta
fuit de ſero hodierna die. Et ideo patet ꝙ
chriſtus ſurrexit apparenter propter triſtiũ
conſolationem. Sc̄do chriſtus ſurrexit po-
tenter propter fidei confirmationem. quis
enim vnq̄z ex mortuis potuit ſeip̄m reſuſci
tare certe nullus. ſed chriſtus ꝓpria poten
tia ſeip̄m reſuſcitauit. Math. vl. Data ẽ mi-
hi omis poteſtas in celo ⁊ in terra. ⁊ Joh. x.
Poteſtatem habeo ponendi animã meam
et iterum ſumendi eam per reſurrectionẽ.
Legim⁹ enim. iiii. Reg. iiii. ꝙ Helyſeus ſu-
ſcitauit puerum mortuum. ⁊ hoc non fecit
propria potentia ſed diuina. quia orauit et
ſe ſuper puerum poſuit vt carnem caleface
ret. et ſic ipſum reſuſcitauit. Etiam legim⁹
in eodem libro ꝙ oſſa Helizei prophete fue
runt tranſlata in alium locum. ⁊ tetigerunt
oſſa alterius mortui. et ſurrexit. et hoc
virtute et poteſtate diuina vt iudeos icredu
los i fide reſurrectiõis cõfirmaret. ⁊ ſic xp̄s
hodie reſurgere voluit poteſtate ⁊ v̄tute ꝓ
p̄ria vt nos incredulos cõfirmaret. vt pz in
euangelio ꝙ propria poteſtate ſurrexit. Nã

feria ſexta quando erat ſepultus dixerunt
iudei ad Pylatum Domine iube ſepulchꝛũ
cuſtodiri ne ſeductoꝛ ille nos ſeducat. ⁊ ne
diſcipuli furentur eiꝰ corpus ⁊ dicant ſurre
xit a mortuis. tũc Pylatus fecit ſignare ſe-
pulchꝛum cũ ſigillo ad iũcturas lapidum.
et appreciauerũt quattuoꝛ foꝛtes armatos
vt tres noctes ac tres dies deberẽt cuſtodi-
re ſepulchꝛ. qꝛ dixit xp̃us. Tertia die reſur
gam. ſed in nocte iſta quãdo xp̃us ſurrexit
factus eſt terremotus magnꝰ: qꝛ cuſtodes
facti ſunt velut moꝛtui ⁊ fugerũt. ⁊ xp̃s ſur-
rexit clauſo tumulo ſine fractione ſigilli. et
dixerunt mulieres. Quis reuoluet nobis la
pidem: et ideo ſurrexit potẽter ꝓpꝛia virtu
te. de hoc quidam ſacerdos hodie dubitan
do quõ xp̃s poſſet reſurgere clauſo tumulo
cogitauit. Tunc cingulum quo erat precin
ctus iacuit ante eum clauſum ſicut habuit
circa coꝛpus: et audiuit vocem ſic dicentem
Sicut chꝛiſtus clauſo exiuit vtero virginis
et cingulum in conſpectu tuo. ſic xp̃us exi-
uit clauſo tumulo. ⁊ ergo xp̃us ſurrexit po-
tenter ꝓpter fidei cõfirmationem. Tertio
xp̃us ſurrexit naturaliter ꝓpter nature re-
nouationem. Nam ſicut natura dedit feni-
ci qui ſe renouat moꝛiendo ⁊ reſurgit iterũ
volando vt dicit Iſido. de naturis rerum ꝙ
quando fenix tricentoꝛum vel quadringen
toꝛum annoꝛum eſt vnica auis nõ habens
ſocium. ſicut alie aues ꝙ poſſet ſibi filios ꝓ
creare: ſed ſolus volat i montibus armenie
et in montibus libani ⁊ cũ ſenſerit ſe anno-
ſum docet ipm natura ꝙ volat ⁊ querit ra-
mos de nobilibus arboꝛibꝰ ⁊ facit in altioꝛi
monte in cacumine montis nidum ⁊ volat
ad caloꝛem ſolis ⁊ laboꝛat in volando do-
nec vlterius volare non poteſt: ⁊ cum impe-
tu querit nidum qui nidus tunc accenditur
per caloꝛem ſolis ⁊ ſe cõburit in nido. et de
cinere illiꝰ auicule tertia die alia auis rena
ſcitur ⁊ iterum volat. Ita xp̃us voluit inno
uare humanã naturam antiquã per pecca-
ta pꝛimoꝛum parentuz in nido ſancte crucis
ꝓpꝛia voluntate coꝛpus in igne diuine cha
ritatis moꝛi. ⁊ tertia die renouare reſurgẽ
do. item legimus in Exo. ꝙ moyſes ex iuſſu
dñi poſuit tredecim virgulas in templuz et
nulla inter eas refloꝛuit niſi tredecima que
fuit virga Aaron. Ita moꝛaliter deus crea-
uit tredecim naturas rerum. ſ. nouem cho-
ros angeloꝛuz. Poſt has decima natura fu
it perfectoꝛum animalium que fuerũt crea
ta ante hominem. poſt animalia creauit pi
ſces. poſt piſces reptilia ⁊ volatilia quaruz
naturaruz tredecima fuit humana natura
que ideo vltimo fuit creata. quia nulla illa
rum niſi humana natura debuit renouari.
ſcʒ per reſurrectionem: ⁊ ideo xp̃us voluit
pꝛimus eſſe. qui renouaret humanaz naturã
⁊ clarificaret eam ſicut virga Aaron arida
preciſa. ⁊ in aridam terram poſita refloꝛuit.
frondu it. ⁊ fructum fecit: quia pꝛotulit ami-
gdalas pulchꝛioꝛes ꝙ̃ ante preciſionez ha-
buit ⁊ ſic patet ꝙ xp̃us hodie ſurrexit pꝛo-
pter nature renouationem. Quarto xp̃us
ſurrexit figuraliter pꝛopter future reſurre-
ctionis oſtenſionem. nam multi ſunt ⁊ fue-
runt ante xp̃m qui credere noluerunt ꝙ ho
mo incineratus poſſet reſurgere. ⁊ ideo le-
gimus Ezech. xxxvij. Quando ꝓpheta eze-
chiel predicauit futuram reſurrectionez iu-
deis ipſi credere noluerunt. Et ideo domi-
nus oſtẽdit ꝓphete cãpũ magnũ plenũ oſſi
bus aridis. ⁊ dixit dominus ad pꝛophetaz
videns oſſa iſtoꝛum moꝛtuoꝛum hominuz.
reſpõdit. video dñe ⁊ dixit. Dicet ṽbo meo
vt reſurgant. ⁊ ſtatiz dixit pꝛopheta oſſa ari
da audite verbum dñi. ⁊ ſtatim acceſſerunt
in ictu oculi iunctura ad iuncturaz. ⁊ vnum
quodqꝫ ad locum ſuuz ⁊ ſteterunt ſuper pe-
des ⁊ cutes ⁊ neruí aſcenderũt: ⁊ adhuc nõ
hẽbãt vitã. Et dixit dñs voca q̃tuoꝛ vẽtos ⁊
q̃ttuoꝛ partibꝰ mũdi: ⁊ adducãt ſpm̃ vite. Et
ait pꝛopheta. Venit ventus oriens occidẽs
ſeptemtrionalis: ⁊ meridionalis: ⁊ inſuffla
te oſſa iſta vt reuiuiſcãt. ⁊ ſtatim omnes vi
xerunt. ⁊ erat exercitus magnus valde. Et
ait dñs. Sic ego dñs qui creaui vos de ni-
hilo renouabo vos de ſepulchꝛis veſtris.
Moꝛaliter hec viſio manifeſte oſtẽdit reſur
rectionẽ futurã. Nam per oſſa que iacuerũt
in campo notãtur omnia humana coꝛpa q̃
iacent in cinere ſuper vniuerſam terram
ſpiritibus pꝛiuata: ⁊ cum venerit dies iſta:
in qua refloꝛebunt omnia xp̃s qui hodie ſur
rexit veniet cui pater omnia dedit in manꝰ
ſuas ⁊ ei omnia obedient: nam mare dabit
ſuos moꝛtuos: t̃ra moꝛtuos ſuos: iſfernꝰ moꝛ
tuos ſuos: ⁊ adherebũt oſſa ad oſſa: ⁊ vnum
quodqꝫ redibit ad ꝓpꝛia ⁊ coopietur carne pꝛi
ſtina: ⁊ quilibet in carne ſua videbit ſaluato
rem. vnde Iob. xix Et in carne mea videbo
deum ſaluatoꝛem meũ. ⁊ ideo xp̃s voluit ho
die reſurgere vt vnuſquiſqꝫ preparet ſe ad
futuram reſurrectionẽ. Rogemus ergo ⁊c.

## ¶ Feria ſecunda poſt paſcha Sermone. xxvij.

Vi ſolus peregrinus
⁊c. Lu. xl. Nota ꝙ ſicut vide

mus quando aliquis in aliena domo extra
patriã naſceret̃: in aliena patria cõuerſaret̃
⁊ in alieno domo nutriretur: ⁊ in aliena ciui
tate moꝛeretur: in alieno ſepulchꝛo ſepelire
tur. verus eſſet peregrinus. Ita xp̃s ꝓpter
nos ⁊ ꝓpter noſtrã ſalutẽ dereliquit patriã
celeſtis gloꝛie: vt ipſe ait Iere. xij. Reliquit
domum meã ⁊ hereditatem meam propter
te: ⁊ in hoc mundo tanq̃ in aliena domo fu
it natus. ſ. in pegrinatiõe Marie: qꝛ iuit de
nazareth in bethleẽ. Item in aliena patria
conuerſatus: nã Maria cũ puero ieſu pere
grinata eſt in egyptũ: ⁊ ibi erat ſeptem an-
nis in peregrinatõe. In aliena ciuitate moꝛ
tuꝰ: ſcʒ hieruſalẽ quã elegit paſſiõi. In alie-
no ſepulchꝛo fuit ſepultꝰ: qꝛ Ioſeph ab ari
mathia ſepeliuit eum in ſuo ſepulchꝛo, qꝺ
exciderat in petra in quo nõdũ quiſq̃ poſi-
tus fuerat. bene ergo poterãt iſti duo diſci-
puli dicere verbum preallegatuʒ: Tu ſolus
peregrinus ⁊c. Quõ illud accidit pʒ in euan
gelio. Duo ex diſcipulis ieſu de ſeptuaginta
ſcʒ cleophas ⁊ lucas ibant ipſa die reſurre-
ctionis dñi: videlʒ heri in caſtelluʒ nomine
emaus qꝺ erat a hieruſalẽ in ſpacio ſtadio-
rum. lx. hoc eſt alterũ dimidiuʒ miliare de
noſtris: qꝛ erat quidaʒ gygas noĩe Hercu-
les. ⁊ quãdo ille ibat tranſibat vno anheli-
tu. lx. paſſus ⁊ ibi ſtabat. Et ideo iſta loca di
cebãtur ſtadia. ⁊ iſti duo diſcipuli loqueban
tur adinuiceʒ de hijs oĩbus que acciderant
in hieruſalem: ⁊ cũ loq̃rentur ⁊ vnus alium
quereret: tũc xp̃s in ſpecie peregrini appꝛo
pinquabat eis ⁊ ibat cũ illis: ⁊ oculi eorũ te
nebant̃ ne eũ agnoſcerẽt: ⁊ ait ad illos. Qui
ſunt hij ſermones quos cõfertis adinuiceʒ
ãbulantes ⁊ eſtis triſtes. Et rñdit cleophas
Tu ſolus pegrinus es in hieruſalẽ ⁊ nõ co-
gnouiſti que facta ſunt in illa hijs diebus.
Quibus ipſe dixit: que. Et dixerunt de ieſu
nazareno qui fuit vir ꝓpheta potẽs in oꝑe
⁊ ſermone corã deo ⁊ omni populo. Et quõ
tradiderũt eũ ſummi ſacerdotes ⁊ pꝛĩcipes
noſtri in dãnationẽ moꝛtis ⁊ crucifixerũt eũ
Nos aũt ſperabamꝰ: qꝛ ipſe erat redẽpturꝰ
iſrael. Et nũc ſuꝑ hec oĩa hodie eſt dies ter
tia vt facta ſunt hec. Sed ⁊ mulieres q̃daʒ
ex noſtris terruerũt nos qui ante luceʒ fue-
runt ad monumẽtũ ⁊ nõ inuẽto coꝛpoꝛe eiꝰ
venerunt dicentes ſe etiam viſionem ange
loꝛuʒ vidiſſe: qui dicunt eum viuere: ⁊ abie
runt quidam ex noſtris ad monumentum
⁊ ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt.
ipſum vero non inuenerũt. Et ipſe dixit ad
illos. O ſtulti ⁊ tardi coꝛde ad credendum
in omnibus que locuti ſunt prophete. Non
ne opoꝛtuit hec pati xp̃ʒ: ⁊ ſic intrare in glo
riam ſuã: ⁊ incipiẽs a Moyſe ⁊ prophetis in
terpꝛetabatur illis in oĩbus ſcripturis q̃ de
ip̃o erãt: ⁊ appꝛopiquabãt caſtello quo ibãt
at ipſe finxit ſe longius ire ⁊ coegerunt illũ
dicentes. Mane nobiſcũ dñe qm̃ aduеſpera
ſcit ⁊ inclinata eſt iam dies: ⁊ intrauit cũ il-
lis: ⁊ factũ eſt cum recumberet cũ illis acce
pit panẽ: ⁊ benedixit ⁊ fregit ⁊ poꝛrigebat il
lis, ⁊ ſtatim cognouerũt eũ in fractione pa-
nis: qꝛ fregit quaſi aliquis ſcinderet. ⁊ ſtati
euanuit ab oculis eorũ. Et dixerunt adinui
cem. Nonne coꝛ noſtrum ardens erat in no
bis cũ loqueretur nobis in via: ⁊ aꝑuit nob̃
ſcripturas. Et ſurgẽtes eadem hoꝛa ingreſ
ſi ſunt in hieruſalem et inuenerũt vndecim
congregatos: ⁊ eos qui cum ipſis erant di-
cẽtes ꝙ dñs ſurrexit vere ⁊ apparuit ſymo
ni petro: ⁊ narrabant que geſta erãt in via.
Et quõ cognouerũt euʒ in fractione panis.
Quo ad thema. Tu ſolus peregrinꝰ es ⁊c.
Nota ꝙ xp̃s eſt peregrinus factus ꝓ nobis
⁊ hoc ad quattuoꝛ. Pꝛimo quo ad veſtimen
tum. Secũdo quo ad periculũ. Tertio quo
ad viam. Quarto quo ad ſignũ. Pꝛimo pro
nobis xp̃s voluit eſſe peregrinus: ⁊ hoc quo
ad veſtimentum. Solẽt enim peregrini ha
bere veſtimenta ab alijs diſtincta filamina
vnde legitur pꝛimi Reg. ij. ꝙ Anna habuit
filium cui nomen ſamuel: cuius natiuitatẽ
angelus pꝛedixit: quem deo vouit: poſt hoc
fecit filio ſuo veſtimentuʒ qꝺ dicitur filami
na de albo panno: ⁊ duxit eum in ſilo: ⁊ pre
ſentauit eum in tabernaculũ. Ita vero Ma
ria ſuo dilecto filio xp̃o ieſu: cuius natiuita
tem angelus gabꝛiel pꝛedixit: fecit tunicaʒ
albam de puriſſima virginea carne aſſump
ta. Unde ipſe ait de ſe: ⁊ de alijs habentibꝰ
veſtimenta ſua munda. Apoca. iij. Ambula
bunt mecum in veſtimentis albis: qꝛ digni
ſunt: ſed illud veſtimentum album ſui ſan-
ctiſſimi coꝛpoꝛis factum eſt in peregrinati-
one pro nobis ſanguine rubꝛicatuʒ. Unde
angeli ad ipſum de peregrinatione venien
tem dixerunt. Quare rubꝛum eſt veſtimen-
tum tuum. Reſpõdit ſanguis aſperſus eſt
ſuper veſtimenta mea. Huius rubꝛi veſti-
menti legimus figuram. Gene. xxxvij. Pa-
triarcha Iacob habuit. xij. filios quoꝛum
vnus quem magis diligebat fuit apud pa-
trem: ⁊ alij fuerunt in valle ebꝛon: ⁊ in ſichi
mis paſcentes pecoꝛa. Faciebatq̃ pater fi-
lio ſuo tunicam filaminam: ⁊ miſit ipſum
de domo ad vallem dothaim vt viſitaret
frẽs. Uidẽtes frẽs tunicã exuerũt ſibi ⁊ la
cerauer̃t ⁊ in ſãguine miſcuer̃t ⁊ miſerũt patri

per mulierem que accepit tunicā laceratā in ſanguie intinctam ⁊ iuit ad patrē di. Uide ſi tunica filij tui ſit an nō. quā cum vidiſſet pater ait. Fera peſſima deuorauit filiū meū. Moraliter pater in diuinis habuit in domo ſua iuxta ſe dilectū filiū ſuū ieſū. Et habuit in deſerto hui⁹ peregrinatōnis plures filios qui paſcebāt pecora ſuoꝝ pctōꝝ. Miſit igitur filiū ſuū ⁊ fecit ſibi tunicā filamināam .i. humanā naturā de ꝟgine quē cū iudei videtes ieſū apprehēderūt ⁊ vendiderunt ꝑ triginta argēteis. ⁊ tunicā ſui corporis lacerauerunt cum flagellis ⁊ coronatione ita ꝙ totaliter fuit in ſanguie intincta. ⁊ dederūt mulieri ꝟgini marie. quā tunicam corporis accipiens maria ante crucē ingremiū ⁊ dicens. pater celeſtis. vide ſi tunica filij tui ſit an nō. quā cū pſpexit ait. Fera peſſima .i. genus iudeoꝝ deuorauit filiū meū ita miſerabiliter tractādo. Et iō pater vindicauit in eis ꝙ omnes fuerūt deſtructi ⁊ vēditi. Et ſic pꝫ ꝙ xp̄us factus eſt ꝑ nobis peregrinus q̄ntum ad veſtimentū. Secūdo dn̄s noſter fuit peregrinus ꝑ nobis in hoc mūdo q̄ntū ad periculū quod ſuſtinuit. Suſtinēt em̄ peregrini diuerſa ꝑicula. quādoq̄ a ſociis q̄ eos ꝓdunt. ita xp̄us a ꝓprio diſcipulo iuda traditus ⁊ vēditus fuit ꝑ triginta argēteis Unde iuit ad p̄ncipes ſacerdotum dicēs eis Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eū tradam. At illi ꝓmiſerunt ſibi triginta denarios ⁊ ſpopondit. Itē ꝑegrini ſuſtinēt pericula ab hoſpitibus qui interdū eos occidunt Ita xp̄s a iudeis q̄ fuerunt hoſpites in hac peregrinatōe. zach. xiij. In his plagis plagatus ſum in domo eoꝝ qui diligebāt me. Itē ſuſtinent pericula a ſpoliatoribus. ita ꝑegrinus ꝑ nobis xp̄us fuit ſpoliatus ⁊ veſtibus denudatus. Unde ait Luce. xxiij. Milites q̄ crucifixerunt eū accepērūt veſtimenta ſua et diuiſerūt ea. Item ſuſtinēt peregrini pericula ab incurſionib⁹ ſiue infeſtationibus beſtiaꝝ: ⁊ ideo portāt baculos. ſic chriſtus a diabolis: ⁊ tn̄ eis reſiſtabat. Ita q̄lib; chriſtianus accipiat baculū ſancte crucis ꝑpter inſidias ſerpentū ⁊ beſtiaꝝ .i. demonū ⁊ malarum temptationū. Ita hodierna die peregrini multa ſuſtinēt: cum tn̄ pacē habere deberēt. Nam in antiqua lege ꝑegrinis dabatur pax. Uñ d̄ hoc hētur Joſue. ca. xi. vbi legim⁹ q̄n Joſue venit cū filijs iſrael ad terram ꝓmiſſionis vt gētiles cū ſuis poſſiderēt Uidētes gabaonite aliqui viri ꝑ pauerūt ſe ſicut ꝑegrini ⁊ accēperūt baculos ⁊ pilleos et induebāt veſtimēta lacerata ⁊ calciamēta fracta ⁊ in vaſculis accēperūt acetū ⁊ in burſis habebāt durū panē ⁊ antiquū et de nocte exiuerūt ⁊ de mane venerūt ad exercitum Joſue quaſi a lōge veniret quos ioſue interrogauit vñ venirēt. q̄ dixerūt. de remotis partibus ſum⁹ ꝑegrini. Cū ergo exiuim⁹ patriam noſtrā iſta veſtimenta fuerunt noua. ⁊ ſimiliter iſta calciamenta ⁊ iſte panis fuit nou⁹: ecce q̄ durus eſt. iſtud vinū in vaſculis fuit recēs: ecce factū eſt acetum Tūc ait ioſue ex quo eſtis ꝑegrini pacē habere debetis: ⁊ ſic ꝑcepit ꝙ nullus eos moleſtare deberet: ⁊ hoc fecerūt iudei ⁊ alij qui nihilomin⁹ fuerūt ſaraceni. Sed heu miſeri chriſtiani ſpoliant ꝑegrinos ⁊ decipiunt eos: ⁊ iſti iudei ⁊ gentiles ſupillos teſtimonium adducēt in die iudicij. Hebre. xi. Peregrini ⁊ hoſpites ſunt ſup terrā ne opprimas eos. Tertio xp̄s fuit ꝑegrin⁹ ꝑ nobis in hoc exilio quo ad vias. Peregrini nāq̄ libenter vadūt vias planas. ſed chriſt⁹ ſemꝑ aſcendit mōtes ⁊ deſcendit. Deſcendit nāq̄ ab alto monte in vallem miſerie. vñ ait in. pſ. A ſummo celo egreſſio eius. Itē aſcendit in altū montē oliueti baiulans ſibi crucem. Jo. xix. Itē fecit magnum deſcenſum: videlicet ad lymbū vbi captiuos liberauit. Item fecit magnum aſcenſum: q̄n ad celos aſcendit. vnde aplus. Ipſe aſcēdit ſup oēs celos vt adimpleret omnia. Quare ergo ſic aſcendit: ⁊ deſcendit: ⁊ per diuerſas huius mundi vias ambulauit. Certe ꝑpter nos vt nobis viam demōſtraret: q̄ꝛ ipſe ait. Ego ſum via veritas ⁊ vita via .ſ. non errans veritas non fallens ⁊ vita non terminans: et qui ſequit̄ me non errat. Sunt em̄ quattuor que peregrinis viam oſtendunt. Primū eſt ferri impreſſio: nam quando peregrini vadunt cum ferris baculorum faciunt fixuras in via. ⁊ ſic ſequentes recte vadāt. Ita xp̄us via recta fixuras habuit in corpore ſuorum vulnerum cum ferris infixas: quas q̄libet patiens in tribulatione ſequitur ꝑ viam rectam patientie que ducit ad patriam Secūdum quod oſtendit viam peregrinis eſt palmarum reflectio vel ramorum iuxta viam. Ita ſpinea corona nobis oſtendit viā rectam per humilitatem. Omnis ſuperbus caput ſuū erigens ⁊ coronās debet attendere coronam chriſti: ⁊ accipere humilitatem que eſt via recta. Tertium qđ oſtendit viā rectam peregrinis eſt lapidum congregatio: q̄ꝛ in vijs ad romā peregrini magnos aceruos lapidum ponunt iuxta rectam viā vt ſequentes viam ⁊ ignorantes ſequantur viam rectam. Ita quēlibet peregrinum ambulantē debet ducere xp̄i lapidatio pro iuſti

tia. vt patet in euāge. Qui igitur pſequitur
ꝑ iuſticia. inſpiciat lapidationem xp̄i vt te
neat viam iuſticie Sap. x. Juſtum deduxit
dominus ꝛc. Quartum quod oſtendit pere
grinis viaȝ eſt crucum erectio. Nam cruces
ſolent libēter erigi iuxta viam vt peregrini
non errent. Jta q̄libet fidelis xp̄ianus pere
grinus exiſtēs in hoc ſeculo debet ſibi inſpi
cere ꝛ aſſumere crucē penitētie. q̄ oſtendit
anime poſt hanc vitā viā celeſtis patrie. vñ
ait dñs. Mat. x. Qui non accipit crucē ſuaȝ
id eſt penitentiā ꝛ ſequitur me. ſ. ꝑ peniten
tiam. non eſt me dignus Et ſic ptȝ ꝙ xp̄us
eſt peregrinus factus ꝓpter nos in hoc exi
lio quo ad vias peregrini. Quarto xp̄us eſt
ꝓpter nos pegrinus. ꝛ hoc ꝓpter inſignia
que reportaūt ad patriā celeſtē. Uidemus
nāq̄ quādo peregrini redeunt ꝛ ſuā pegri-
nationem cōpleuerūt ſolent ſigna portare
ꝛ hoc ꝓpter tria. Primo vt hoīes ſigna vi-
dentes eis magis bonū faciāt. Jta xp̄s vo-
luit ſigna ſuaꝝ cicatricum in corpe reſerua
re vt deo patri oſtēdat. ꝛ ipm ad miam nob̄
faciendā valeat inclinare. vñ ad Heb. ix. Jn
troiuit ieſus in celū: vt appareat vultui pa
tris ꝑ nobis intercedendo. Scd̄o portāt ſi
gna quādo redeunt in ſignum cōpletionis
pegrinationis ſue. Jta xp̄s portauit ſigna
ad celum: vt omnes angeli viderēt comple
mentū redemptionis. vñ ait. xp̄us. Jo. xvij.
Pater op⁹ cōſumari qd̄ dediſti mihi. nūc au
tem clarifica filiū tuum. Tertio portāt pe-
regrini ſigna in reditu ad patriā vt ſecuri⁹
per viā incedant. Sic ergo quilibet noſtrū
ſequens verū peregrinū in via iuſticie. i via
humilitatis. in via patiētie. in via penitētie
i eportat aīa eius de hac vita ſignū ſaluatio
nis ꝛ ſecuritatis. Sicut eñ hoſtes timēt iſi-
gnum ꝛ fugiunt. ita diaboli fugiūt. ꝛ homo
ducatu angeli ſecure vadit. Ueruȝ pctōres
xp̄m non ſequentes. ſed peregrinos opp̄mē
tes dicunt tūc in egreſſu aīe: ꝛ in die iudicij
iſtud quod ſcriptum eſt de eis in pſ. Signa
noſtra non vidimus ꝛc. ꝛ illud Sapiē. v. A
via iuſticie errauimus ꝛ lumen iuſticie non
luxit nobis.

¶ Feria tertia poſt paſcha. ſer-
mo. xxviij.

## Stetit ieſus in medio

ſ discipulorū ſuorum ꝛ oſtendit
illis manus ꝛc. Lu. xxiiij. Nos
videmus ꝙ aīalia irratōnalia
nō relinquūt paruulos ſuos donec ſciant ſe
nutrire ideo tādiu manent apud ipſos do-
centia ipſos quomodo poſſunt ſe nutrire. vñ
pſ. Sicut aquila ꝓuocans pullos ſuos ad
volandum ꝛ ſuper eos volitans. Etiaȝ hoc
videmus in parentib⁹ bonis qui magis ſūt
ſollciti circa ſuos filios vt eos ad bonū edu
cant q̄ȝ ꝑ ſeipſis vt ait ſapiens. Eccle. vij. Fi
lij tui ſunt eruditi Jta etiā ſpūaliter fecit do
minus noſter ieſus xp̄us elegit ſuos apoſto
los tanq̄ȝ filios dilectos eos docuit q̄ȝdiu a
pud eos erat ꝛ ſine eo ſemper triſtes erant.
Unde ait petrus. Dñe quo ibimus ſine te
qui habes verba vite. Et ideo noluit eos re
linquere quouſq̄ȝ in fide confirmaret ꝛ ſpm̄
ſanctum mitteret ꝛ ſepe eis apparuit infra
hinc ꝛ aſcenſionē: vt patet in euāgelio. Di-
ſcipuli erant ſimul congregati ꝓpter metū
iudeorum ꝛ cōturbati de amiſſione p̄ris ſte
tit igitur in medio eoꝝ ꝛ dixit eis. Pax vo
bis ego ſum nolite timere. Conturbati ve-
ro ꝛ cōterriti diſcipuli exiſtimabant ſe ſpiri
tum videre. Et dixit. quid turbati eſtis ꝛ co
gitationes aſcendunt in corda veſtra. Uide
te manus meas ꝛ pedes meos. quia ego ſuȝ
palpate ꝛ videte quia ſpiritus carnē ꝛ oſſa
non habet ſicut me videtis habere. Et cum
id dixiſſet oſtendit eis manus ꝛ pedes Ad-
huc illis dubitantibus ꝛ mirantibus p̄ gau
dio dixit Habetis hic aliquid quod mandu
cetur. Et obtulerunt ei partem piſcis aſſi ꝛ
fauum mellis. Et cum manducaſſet coram
illis. accepit reliquias ꝛ dedit ills. Et dixit
ad eos. Hec ſunt verba mea que locut⁹ ſuȝ
ad vos cum adhuc eſſem vobiſcum. quoniā
neceſſe eſt impleri oīa que ſcripta ſunt in
lege Moyſi ꝛ prophetis ꝛ pſalmis de me.
Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent
ſcripturas. et dixit eis. Quoniaȝ ſic ſcriptū
eſt. Et oportebat pati chriſtum et reſurgere
a mortuis tertia die ꝛ predicare in nomine
eius penitentiam ꝛ remiſſionem peccatoꝝ
in omnes gentes. Hic fit queſtio. Utruȝ cla
rificatus poſſet cibum naturalem comede-
re. Ad hoc dicunt doctores ꝙ xp̄us modicū
ſumpſit de piſce et de fauo mellis: vt oſten-
deret ſuam reſurrectionem veram eſſe. Et
iſte cibus euanuit ſicut lapis calidus attra
hit aquaȝ et in ſe conſumit. Et ideo dicunt
ꝙ electi tranſlati in paradiſum comedunt
fructus ꝛ conſumunt ſicut humoreȝ ſol: q̄
Enoch ꝛ Helyas ibi manent vſq̄ȝ ad diem
iudicij. Nota ꝙ chriſtus oſtendit diſcipulis
quattuor propter quattuor cauſas. Primo
oſtendit illis manus: vt eos ꝛ nos prouo-
caret ad pugnandum. Secundo oſtendit
eis latus vt eos et nos incitaret ad diligē
dum. Tertio oſtendit eis pedes vt eos et
nos reuocaret ad ſeruiendum. Quarto

de ſero: ⁊ fores eſſent clauſe vbi erant diſci
puli congregati propter metum iudeorum
venit ieſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit in medio
diſcipulorꝫ ſuorꝫ. ⁊ dixit eis. Pax vobis.
Et cū hoc dixiſſet oſtendit eis manus ⁊ pe-
des ⁊ latus: ⁊ gauiſi ſunt diſcipuli viſo dn̄o
eo ꝙ ſurrexit a mortuis. Dixit eis iterꝫ. Pax
vobis. Sicut miſit me pat̄ ⁊ ego mitto vos
Hec cū dixiſſet inſufflauit ⁊ dixit: Accipite
ſpm̄ ſanctum quorū remiſeritis peccata re-
mittūtur eis ⁊ quorū retinueritis retēta ſūt
Thomas aūt vnus de duodecim non erat
cum eis quādo venit ieſus. Dixerūt ergo ei
alij diſcipuli vidimus dn̄m. Ille autē dixit.
Niſi videro in manibus eius fixurā clauorꝫ
⁊ mittā digitū meū in locū clauorꝫ: ⁊ mittaꝫ
manuꝫ meam in latus eius nō credam. Et
poſt dies octo: ſcꝫ hodie iterū erant diſcipu
li eius intus ⁊ Thomas cū eis. venit ieſus
ianuis clauſis: ⁊ ſtetit in medio ⁊ dixit. pax
vobis. Deinde dicit thome. Infer digitū tu
um huc ⁊ vide manus meas. ⁊ affer manuꝫ
tuam ⁊ mitte in latus meū: ⁊ noli eſſe incre-
dulus ſed fidelis. Rn̄dit Thomas ⁊ dixit.
Dn̄s meus ſcꝫ qui me redemiſti: et deus me
us ſcꝫ q̄ me creaſti. Dicit ieſus: qꝛ vidiſti me
Thoma credidiſti. Beati qui nō viderūt et
crediderūt. Multa quidē ⁊ alia ſigna fecit
ieſus in conſpectu diſcipulorꝫ ſuorum que
non ſunt ſcripta in libro hoc. Hec aūt ſunt
ſcripta vt credatis: qꝛ ieſus eſt filius dei ⁊ vt
credentes vitā habeatis in noīe eius. Quo
ad thema. Infer digitꝫ tuū huc ⁊ vide ma
nus meas. Nota ꝙ quattuor ſunt manus
quas debem⁹ videre. Prima eſt manus di
rigēs. Secūda eſt man⁹ ſcribēs. Tertia eſt
manus percutiens. Quarta eſt manus tri
buēs. Pria man⁹ eſt man⁹ dirigēs vel demō
ſtrans. Nam videmus ꝙ vbi vie ſunt proli
xe ibi ponitur manus que oſtendit ⁊ dirigit
ambulātes ad viam rectā. vn̄ ait in pſ. De
duxiſti populū tuū in manu Moyſi ⁊ aaron
⁊ oſtendiſti eis viam bonā per quā ambulāt
Sicut enim manus hominis habet pollicē
⁊ quattuor digitos: ita debet habere virtuo
ſus homo manū quā inſpiciat: vt ipſum ad
viā rectā dirigat. Pollex eſt iuſticia: qꝛ ſicut
pollex habet duo mēbra: ita iuſticia: ꝙ ho
mo ſit iuſtus: que pertinet ad deū ⁊ ꝓximuꝫ
tunc tēpore mortis dirigit ipſuꝫ deus ꝑ viā
rectā. vn̄ Sapi. x. Iuſtum deduxit dn̄s ꝑ vi-
as rectas. ⁊ oſtendit illi regnū dei: qꝛ polle-
bat in virtute iuſticie. Digitus poſt pollicē
eſt index: ⁊ per hūc accipitur prudētia: naꝫ
ſicut ille digitus habꝫ tria membra: ita pru
dentia habet tria. nam prudētia cogitat de
preteritis ordinat de preſentibus ⁊ ꝓuidet
de futuris. Prouer. vi. O piger vade ad for
micam ⁊ diſce ab ea prudentiam. Digitus
poſt indicē eſt medius: ⁊ hic ſignificat forti
tudinē. Et ille ſimiliter habꝫ tres articulos
vel membra: ita fortitudo tria debꝫ habere
vt homo reſiſtat diabolo qui nititur eū occi
dere. ⁊ reſiſtat fortiter mūdo qui nititur ip
ſum a deo retrahere ⁊ reſiſtat fortiter carni
que nititur ipſum decipere. Poſt mediū di
gitū eſt anularis iuxta minimū digitum. et
in iſto portatur anulus: qꝛ ibi eſt vena que
tangit cor ⁊ ſignificat dilectionem. Et ſimi
liter habet tria mēbra: ita dilectio debet eē
ꝙ diligas deuꝫ ex toto corde. ꝓximum ſibi
ſubueniendo: ⁊ diligas teipſum animā tuā
mundā ſeruando: poſt anularem eſt mini-
mus. ⁊ iſte vocatur auricularis: qꝛ dicit au-
ricularis. eo ꝙ homo pōt attingere aures. ⁊
ſignificat obedientiā. Nā ſicut digitus iſte
ſimiliter habet tres articulos: ita obedien
tia: vt homo propter deum obediat ſuo ſu-
periori: ſuo ſimili: ſuo inferiori: ſicut xp̄s fu
it obediēs vſqꝫ ad mortē. ⁊ iō exaltauit euꝫ
pater. ⁊ dedit illi nomen qđ eſt ſuper omne
nomen: vt in eius nomie flectatur poteſtas
inferni: mūdi ⁊ celi. Et ſic pꝫ prima manus
dirigens ad viā rectā. Et ideo xp̄s oſtendit
in cruce manus. q. d. Ecce homo viā rectam
Secūda manus eſt manus ſcribens: aliqn̄
eñ ſcripſit ſcripturā rigoris ⁊ iuſticie. Scri
pſit ſcripturā miſericordie in tēplo quando
preſentabant ſibi mulierē in adulterio de-
prehenſam ⁊ accuſabāt eā. ⁊ interrogabāt
dicētes. Magiſter mulier hec dep̄hēſa eſt
in adulterio. ⁊ moyſes iuſſit eam nobis la-
pidare quid tu dicis de ea. Tūc dn̄s manu
ſcribebat in terra ⁊ ait. qui veſtrū ſine pctō
eſt. primus mittat in eaꝫ lapidē. Tunc oēs
cōfuſi receſſerūt ⁊ ait ad mulierē: vbi ſunt q̄
te accuſabāt. Nemo te cōdemnauit. Que di
xit: nemo dn̄e. Dixit aūt dn̄s. Nec ego te cō
dēnabo. Uade ⁊ iaꝫ amplius noli peccare:
⁊ hec eſt manus cum ſcriptura mīe que ſcri
pta eſt cōtra oēs penitentes. Secūdo ſcrip
ſit ſcripturā iuſticie manu rigoris cōtra in-
duratos. Huius legimus figuram in libro
Dan̄. v. Balthaſar rex babylonie ſpoliauit
regē hieruſalem: ⁊ tulit inde vaſa ſacrificij
calices: ⁊ lauatoria argentea ⁊ aurea: ⁊ thu
ribula aurea: ⁊ alia multa: ⁊ fecit cōuiuium
magnū: ⁊ comedit ⁊ bibit de vaſis ſacrificio
rum templi: ⁊ laudauit ydola: ⁊ blaſphema
uit contra deum. Tunc ſedens in cōuiuio vi
dit manum in ſuperficie parietis aule ſcri-
bentem. ⁊ neminem iuxta manum illam: ⁊

ideo nimium territus vocauit oēs ſapiētes regionis vt exponerent ſibi hanc ſcripturā quam manꝰ hec ſcripſit. quoꝝ nullus hoc potuit. Tandem vocatus eſt Daniel ꝓpheta. cui dixit rex. Expone mihi hanc ſcripturam que eſt ſcripta. Mane thetel phares. et dabo tibi munera magna. Rn̄dit Daniel exponam tibi. Tu eñ noſti qualia dn̄s fecit cum tuis anteceſſoribus. ⁊ ſpāliter cū Nabuchodonoſor patre tuo. qui eleuatus fuit in ſupbia. et ideo eiectus de regno comedit fenum vt bos. ſed ad iſta nō cogitaſti ⁊ ſpoliaſti templum dn̄i. ⁊ in vaſis aureis que ptinent ad laudem dei laudas ydola tua. io ſcripſit manus cōtra te illa tria verba. Mane. i. deus numerauit dies tuos quos viuere debes. ⁊ completi ſunt ad tempus. ⁊ ideo morte morieris. Thetel. i. appēſa ſunt opa tua in ſtatera bona ⁊ mala: ⁊ plura ſūt opa tua mala q̄ bōa. ideo morte morieris. phares. i. diuiſum eſt regnū tuum tribus regibus qui veniēt in breui ⁊ interficient te ⁊ diuident regnum tuū. Et in ſequenti nocte accidit ei ſicut Daniel ſibi expoſuit ⁊ mortuꝰ eſt. quia Darꝰ rex perſarum venit nocte et occidit omnes in ore gladij. ⁊ deſtruxit ciuitatem. ⁊c. Ita ſpiritualiter induratus nō cogitat que deus multis peccatoribꝰ fecit. ſed permanet in peccatis. ⁊ vaſis aureis. ſ. memoria. voluntate. ⁊ intellectu. q̄bus vti deberet ad laudem dei: vtitur ad laudē ⁊ ad honorem dyaboli. qđ videns ipſe dn̄s manu ſui rigoris iuſticie ſcribit contra eum hec tria verba. Mane: id eſt numeraui dies tuos quos compleui. ⁊ hoc propter pctā tua. Tethel. i. conſideraui opera tua bona ⁊ mala. ⁊ valde pauca ſunt opa tua bona. ſed valde multa ſunt opera tua mala. Phares. i. diuiſi iam regnū tuum. Nam animam tuam diuiſi dyabolis. res tuas amicis. et carnem tuam vermibꝰ: ⁊ iſti tres ſic accipiunt vnuſquiſq̄ partem ſuam vt nullus eoꝝ daret ptem ſuam pro alijs duabꝰ: nam dyaboli nō darent aīam ꝓ rebus ⁊ pro corpore. nec vermes darent carnē pro aīa vel rebꝰ nec amici darent res tpales pro anima ⁊ pro corpore. Et ideo miſera anima exiſtēs in purgatorio clamat ad amicos qui tollunt res ſuas dicens illud Job. xix. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei: quia magnus domini tetigit me. ⁊ ſic patet manus ſecunda. Ideo videte manus meas.

Tertia manus eſt manus percutiēs. ⁊ iſta percutit aliquos miſericorditer per īfirmitatem ⁊ aduerſitatem vt emendētur. vt patet in figura tempore Eſaie filij iſrael erexerunt idolum in campo ⁊ planicie nemoroſa in honore cuiuſdam idoli nomine Baal. ⁊ illi obtulerunt filios ⁊ filias. vt patꝫ in pſal. Immolauerunt filios. ſ. ⁊ filias ſuas demonijs. In hoc prouocatus eſt deus. ⁊ dixit ad Eſaiam. vade ⁊ dic filijs iſrael. Extendam manum meam ⁊ percutiam illos ⁊ diſpergā baal de loco iſto. Et pcuſſit eos manus domini. eos tribulando per inimicos eorum et per famem. et per mortem. et deſtruxit idolum. et ſic emendauerunt ſe ⁊ agebant penitentiam. Ita ſpiritualiter multi ſunt qui in proſperitate ⁊ abūdantia rerū immolant demonijs: ⁊ nō deo: quia magis eligunt creaturas q̄ deū creatorem. quod videns dominꝰ extendit manum ſuam de alto percutit per aduerſitates. vt emendentur ⁊ laudent creatorem. Item illa manus potentie aliquos percutit per eternam dānationem. vt ait in pš. In manu potenti et brachio excelſo. Cū illa manu percuſſit regem Pharaonem. de quo legimꝰ in Exod. q̄ Pharao noluit dimittere populū domini ſed afflixit. Ideo clamabant ad celum ⁊ ait dominꝰ. Induratum eſt cor Pharaonis. et nō vult dimittere populū meū niſi in manu forti: ⁊ percuſſit totum regnum egyptiorū cum diuerſis plagis. ⁊ tandem extēdit manū ⁊ ſubmerſit eū in mari rubro. Ita vult facere omnibus induratis in peccatis qui nolunt audire predicare verbum dei ſed magis indurantur. ⁊ illos tangit in manu potenti. vnde apoſtolus. Hebre. x. Horrendū eſt incidere in manꝰ dei viuentis. Itē Exo. xv. Extendiſti manū tuam ⁊ deuorauit eos terra infernalis. ⁊ hec eſt tertia manꝰ quā videre debemus oculis cordiſ. Quarta manus eſt manus tribuens. ⁊ hec manus multa tribuit iuſtis. Nam primo dat gratiam ſanitatis. Unde ait ille homo cuiꝰ filia erat mortua Mathei. ix. Domine filia mea modo defuncta eſt ſed veni impone manū ſuper eam et viuet. ⁊ ita debet dicere quilibet peccator cuius anima mortua eſt in pctis. Item iſta manꝰ pietatis tribuit iuſtis fortitudinē. Unde ait euāgeliſta de ſācto Johē Et enim manꝰ domini erat cum illo ⁊ confortauit illum in omni bono. Item iſta manus pietatis deducet. vnde in pſal. Etenim manus tua deducet me ⁊ tenebit me dextera tua. Item iſta manus pietatis ꝑ hāc vitam tribuit electis tria. Nā tribuit eis bn̄dictionem. vn̄ pš. Apis tu ma. tu. ⁊ im. omne aial. bn̄dictione. Itē iſta manꝰ tribuit gaudiū. i. gaudij imēſitatē. vn̄ ait aīa electa ſedens cū deo. i eternitate. Leua eiꝰ ſub capi

ti meo.i. ſiniſtra manus ⁊ dextera eius am
plexabitur me. Item iſta manus tribuit ele
ctis honoris dignitatem. Unde petrus in
cano. ſua. Humiliamini ſub potenti manu
dei vt vos exaltet in tempe viſitatiõis.i.in
die iudicij. Item iſta manus tribuit electis
quietis ſecuritatem. vnde di. Sap.ix. Iuſto-
rum anime in manu dei ſunt: ⁊ non tanget
illos tormentuz malitie. Et ſic patet ad the
ma. Uide manus meas. vide manuz clemẽ
tie: manum iuſticie: manũ potentie percuti-
entem. vide manuz pietatis dona tribuẽtẽ.

## ¶ Dñica prima poſt octa. paſce. Ser.xxx.

## Ego ſum paſtor bonus

Io.x. Paulus apoſtolus doctor
eccl'ie dei i epl'a ad Ephe. dicit ꝙ
xp̃s eſt caput noſtrũ ⁊ nos mem
bra eius. ipſe eñ pater noſter nos autẽ filij
eius: ipſe eſt rex noſter nos populus eiꝰ: nos
vero oues ⁊ ipſe paſtor: ergo ait. Ego ſuz pa
ſtor bonus. ꝙ autez eſt caput noſtruz ponit
rationem: naz caput habet optimũ locũ in
mẽbris: ⁊ eſt nobilius: ⁊ eſt ſubtilius: ⁊ eſt di
gnius. Ita xp̃us obtinet excellentiorẽ locuz
in celo ⁊ in terra. vnde ait per prophetã. Et
ego ponã primogenitum illum excelſuz pre
regibus terre. Etiã ſicut caput eſt ſubtilius
qꝛ habet omnes ſenſus corporis in quibus
conſiſtit ſapiẽtia: ſed in ſua ſapiẽtia excellit
omnes ſapiẽtias mũdi. vnde ait ap'ls Co''.
ij.. In eo recõditi ſunt omẽs theſauri ſapiẽ
tie: ⁊ ſicut nobilius eſt membrꝛ: ita xp̃s. quia
nos naſcimur in peccatis: ipſe ſine peccato
de virgine puriſſima de ſpũſancto conceptꝰ
vt dicit petrus: qui peccatũ non fecit: nec eſt
inuentus dolus in ore eius. Etiam eſt digni
us: qꝛ caput habet regere omnia mẽbra cor
poris ⁊ vitam eis miniſtrare: ⁊ omnia mem
bra ſeruare ad modum boni paſtoris qui re
git miniſtrat: ⁊ cõſeruat ſuas oues: ergo be-
ne poteſt dicere verbum preallegatũ. Ego
ſum paſtor bonus. Quomodo aũt illas hẽt
regere cuſtodire: liberare: ⁊ eis miniſtrare:
cognoſcere ⁊ ſignare pꝫ in euangelio. Dixit
ieſus diſcipulis ſuis in cena quãdo ꝑ eis ⁊ ꝑ
nobis voluit ire ad mortẽ: ego ſuz paſtor bo
nus: bonus paſtor aiam ſuaz.i. vitam ponit
ꝑ ouibus ſuis: mercẽnarius ⁊ qui nõ eſt pa
ſtor cuius nõ ſunt oues ꝓprie videt lupũ ve-
nientem ⁊ dimittit oues ⁊ fugit ⁊ lupus ra-
pit ⁊ diſpergit oues mercẽnarius aũt fugit:
qꝛ ſcꝫ pro mercede paſcit oues: ⁊ plus curat
de mercede ꝙ̃ de ſalute ouiũ.i. fideliũ: qꝛ nõ
pertinet ad eũ de ouibus. Ego ſuz paſtor bo
nus ⁊ cogoſco oues meas: ⁊ cognoſcunt me
mee: ſicut nouit me pr̃: ⁊ ego cognoſco pr̃ez
⁊ aiaz meã pono ꝑ ouibꝰ meis: ⁊ alias oues
habeo. ſ. gentiles que non ſunt ex hoc ouili
⁊ illas oportet me adducere per meos apo-
ſtolos poſt aſcenſionẽ ⁊ vocẽ meam audiẽt
qui fient xp̃iani: ⁊ fiet vnũ ouile.i. vna cõgre
gatio fidelium in ſancta eccleſia: ⁊ vnꝰ pa-
ſtor: ſcꝫ papa ex parte mei cui commiſi pa-
ſcere ſanctam eccleſiaz. Etiam aliqui dicũt
ſuper illo ỽbo. Erit vnum ouile ⁊ vnus pa
ſtor: ꝙ adhuc ante diem iudicij erit vna fi-
des per totum mundum. Quo ad thema.
Ego ſum paſtor bonus ⁊c. Nota ꝙ bonus
paſtor circa ſuas oues: id eſt fideles in ip̃m
credentes quattuor facit. Primo ſignat ſtu
dioſe vt cognoſcat. Secundo protegit affe
ctuoſe vt cuſtodiat. Tertio liberat precioſe
vt poſſideat. Quarto paſcit fructuoſe vt al-
liciat. Primo dico ſic ꝙ xp̃us ſicut bonus pa
ſtor ſignat oues ſuas ſtudioſe: vt cognoſcat
hic ⁊ in morte ⁊ in die iudicij: nam ſepe ſe-
ducitur ouis vt occidatur: ita multi ſeducũ
tur: vt occidantur in anima a lupo furibun
do: vt patet.ij. Reg.xij. Ubi legimus ꝙ do-
minus miſit prophetam ad regem Dauid
qui peccauit: ⁊ ait ad eum. Quidaz pauper
homo habuit ouem quã tenerrime dilexit:
ita ꝙ illa ouis comedit de mẽſa ſua: ⁊ bibit
de cipho ſuo ⁊ in ſinu ſuo dormiebat. Sed
venit quidaz qui habuit multas oues: ⁊ tu-
lit ouem pauperis. ⁊ occidit: q̃d ille demeru
it: certe mortẽ dixit dauid. Quis ẽ iſte paup
niſi xp̃s q̃ factꝰ ẽ ꝑ nobis ita paup. vñ Mat.
viij. Uulpes foueas hñt ⁊ volucres celi ni-
dos. filꝰ aũt hoīs nõ hꝫ vbi caput ſuũ recli-
net. Ille habuit ouẽ quaz tenerrime dilexit:
ſ. aiam ad dei imaginẽ creatã quã dilexit ⁊
diligebat ꝙ cibat de mẽſa ãgeloꝝ pane vite
de ſacro altaris: ac potat de calice ſui ſan-
ctiſſimi ſanguis: ⁊ dormit i ſinu grẽ ſue ſan-
cte eccleſie. Qui igiꝛ talẽ ouẽ.i. hoīem iuſtũ
ꝑſequiꝛ ⁊ occidit q̃d mereꝛ. certe Dauid di-
xit mortẽ mereꝛ eternã. Ut igiꝛ nullꝰ īfeſta-
ret occidere oues xp̃i. ſ. ſuos fideles voluit ſi
gnare eos ſtudioſe. Cuiꝰ figurã legimꝰ Geñ.
xxx. Iacob pr̃iarcha ⁊ labã q̃dã vir hitabãt
in vna regiõe ⁊ iuxta ſe hẽbant oues q̃ fue-
rãt oẽs vniꝰ coloris. Dixit aũt Iacob ad la-
ban volo ſignare oues meas ne ſit iurgiuz
iter te ⁊ me. Et vt cognoſcã oues meas: vo-
lo eas ſignare. Accepit itaq̃ꝫ Iacob ỽgulas
amigdalaꝝ: ⁊ diſcorauit eas. ⁊ poſuit i can
nali pleno aqua vbi oues bibebãt ⁊ ex aſpe
ctu amigdalaꝝ ⁊ ỽgl'is agniculi erãt diuer
ſi coloris. Et ſic cognuit iacob oues ſuas ab
ouibꝰ laban. Ita ſpũalit dñs nr̃ ⁊ labã dia-

bolus habent ſimul oues in iſto deſerto hu
ius mundi. Ne igitur fiat iurgiuz inter eos
in die iudicij ſignat xp̄us oues ſuas: poſuit
itaqꝫ dominus virgulas amigdalariũ. i. ſan
ctos ⁊ ſanctas vt iohannē baptiſtam. iohā
nem euangeliſtam. katherinam ſanctam ⁊
barbaram ſanctam: ⁊ alios ſanctos ⁊ ſctās
quos diſcolorauit diuerſis coloribus in eo-
rum paſſione. rubeo colore ex ſanguine. al-
bo colore ex caſtitate. nigro colore ex humi
litate. Tales igitur oues xp̄i debent inſpi-
cere vitam eorum. ⁊ inſpectio producit fru
ctum ſimilem ⁊ ſic accipit ouis xp̄i ſignuz a
ſanctis. ⁊ iſtud ſignũ imprimitur in baptiſ-
mo. Tunc veniēs in die iudicij ſtatuet oues
ſuas a dextris. i. ad vitam eternam haben-
tes ſignum xp̄i: ſed oues labam. i. malos iu
deos. gentiles ⁊ malos xp̄ianos ſtatuet a ſi
niſtris: quia non habent ſignum illius cu-
ius opera non fecerunt. Secundo bon⁹ pa-
ſtor protegit affectuoſe vt cuſtodiat. Unde
Eze. xxxiiij Sicut paſtor viſitat gregem ſuũ
vt protegat. ita viſitabo vos dicit dñs. Hu-
ius legimus figuram. in lib. Ezechie. viij. di
cit dñs ad Ezech. Ueni ⁊ oſtendam tibi q̇d
faciam ouibus ⁊ vidit ſeptuaginta viros ſta
re ⁊ habere dorſum ad templum ⁊ ad orien
tem habentes faciem. ⁊ venerunt ſex ange-
li cum ſex ſecuribus. vt interficerent eos: ſꝫ
venit quidam indutus lineis albis admo-
dum paſtoris dicens ad illos ſex. Ne percu
tiatis donec ſignemus illos qui ꝑtinent ad
deum ⁊ ꝓterit illos donec ſuos elegit. Et in
frontibus illoꝝ impreſſit ſignum. Thau. ⁊
poſtea ait. Percutite omnes alios illos non
ꝓtegam qui nulli pepcerunt. Ita ſpūaliter
ꝑ illos ſeptuaginta viros ſtantes. nota con
gregationem omnium hominũ vertentiuz
dorſa ad templũ: qꝛ deuz non honorāt ver-
tētes faciem ad ortum ſolis expectātes diē
iudicij. Uenient igiṫ ſex angeli cum ſex ſecu
ribus vt om̄s interficiāt ꝓpter pctā hoim.
Sed ait paſtor bon⁹ indutus alba veſte: ſcꝫ
carne puriſſima, ꝓtegens ſuos fideles dicēs
Nolite ꝑcutere donec meas oues eligaz: et
tunc nulli parcāt ſed om̄s ꝑcutiant que nō
ſunt de ouili boni paſtoris. Prima ſecuris
qua pctōr percutitur eſt ſupbia. vñ ait aba-
cuch in ps̄. Percuſſiſti caput de domo ipij.
Dom⁹ impij eſt cōſciētia mala. vbi ſupbia
eſt caput oīm maloꝝ. Scd̄a ſecuris eſt mor-
bus qui multos improuiſe ꝑcutit. vñ diciṫ.
iiij. Regum. ix. Percuſſit dñs Joram lāguo
re inſanabili. Tertia ſecuris q̄ ꝑcutit ouem
laban ⁊ nō ouē xp̄i eſt grauitas pctōꝝ. q̄ ma
gis ꝑcutiunt aiaz miſerā q̄ꝫ magna ſecuris

corpus. Und d̄r Amos. vi. Percutiet domũ
maiorem ruinis. ⁊ minorem ſciſſionib⁹. Ma
ior domus eſt aia. ⁊ minor eſt corpus. q̄ am
bo ꝑcutiūtur ſecuri pctōris. vñ i n ps̄. Secu
ris ⁊ aſcia: id eſt barde deiecerūt eā videlicꝫ
ouez morbidā ⁊ malā. Quarta ſecuris qua
ouis labā ꝑcutiṫ eſt mortis acerbitas. vnde
ait dñs. Amos. ix. Percute cardinē ⁊ moue-
buntur ſupliminaria. Cardo eſt corpus. ſup-
liminaria ſūt vires q̄ om̄s mouebūtur quan
do mors cū ſecuri ſua ꝑcutit corp⁹. Quinta
ſecuris ꝑcutiens ouē labā. i. malū hoiem eſt
ſeueritas iudicij. nā in ictu oculi iudicaṫ qñ
miſera aia egrediṫ. Uñ dicūt tales oues la-
ban: id eſt dyaboli ſerui mali xp̄iani. inique
egimus cōtra te ⁊ ad iracūdiam te ꝓuocaui
mus. idcirco ꝑcuſſiſti nos nec pepciſti nobis
Et hoc fit qñ de ore eius exibit gladius acu
tus. Sexta ſecuris que percutiṫ oues laban
i. diaboli eſt pene eternitas. vnde prouerb.
xix. Parati ſunt mallei percutientes ſtulto
ruz corporibus. Et illud ps̄. Supra dorſuz
meum fabricauerunt peccatores: tunc igiṫ
in illa extrema neceſſitate quādo celi mouē
di ſunt ⁊c. oues xp̄i tanqꝫ a bono paſtore ꝓ-
tegētur vt non percutiat eas quiſqꝫ. vñ ps̄.
Proteges eos in tabernaculo tuo a contra-
dictione linguarũ. Et ſic patet q xp̄s bon⁹
paſtor protegit oues ſuas affectuoſe vt cu-
ſtodiat. Tertio xp̄s velut bonus paſtor libe
rat oues ſuas precioſe vt poſſideat. Uñ era
mus venditi ⁊ perditi ꝓpter pctā primoꝝ
parentū: ſed neqꝫ auro neqꝫ argento libera
uit nos: ſed precioſo ſanguine xp̄i liberati
ſumus. Et ideo figuratus eſt per bonū pa-
ſtorē Dauid. De quo legimus. i. Reg. xvij.
Jeſſe qui fuit pater Dauid vir iuſtus miſit
filium ſuum dauid quem diligebat paſcere
oues ſuas: ⁊ veniebant leo ⁊ vrſus tollētes
predam de ouibus. Dauid quas paſcebat.
Sed Dauid ſurrexit cum baculo ⁊ pera pa
ſtoris: ⁊ occidebat eos ⁊ liberauit oues ſu-
as: qꝛ dñs cum eo erat. Moraliter per Jeſſe
nota patrem in diuinis qui habuit multas
oues in hoc mūdo. i. animas ad imaginem
dei creatas. Sed venit leo ſuperbie lucifer
⁊ vrſus ſathanas auaricie ⁊ tulerunt predā
Miſit igitur pater filium ſuum Dauid: ſcꝫ
xp̄m paſcere oues in hoc mundo ſcꝫ ſuos fi
deles. Uenit igitur leo ⁊ vrſus. i. demon: et
mundus animam deuorando ad lymbum
per ſuam potentiam ducēdo. Quod vidēs
Dauid. i. xp̄s accepit baculū. i. ſanctam cru
cem ⁊ cum leone ⁊ vrſo pugnauit ⁊ eos ſupe
rauit: et oues captas in lymbo ſedentes ad
quinqꝫ milia annorū liberauit ⁊ libertati re

ſtituit. vñ pſ. Eduxit eos de tenebris ⁊ vm-
bra mortis ⁊ vincula eoꝝ dirupit. ⁊ liberta-
ti dedit. ergo xp̄us bonus paſtor oues ſuas
liberauit vt eas quaſi ſuas in libertate poſ
ſideat. Quarto dico ꝙ xp̄s paſtor bonus pa
ſcit oues ſuas fructuoſe: vt eas alliciat. Pa-
ſcit eas oues. i. fideles diuerſis cibarijs. Pri
mo cibo naturali vt fructus terre ⁊ arborū
ꝓ nobis ꝓducendo vt nos paſcat. vñ ait Le
uit. xxvj. Dabo vobis pluuiā ſerotinā: ⁊ im-
brem matutinū. ⁊ terra gignet fruct⁹ ſuos.
⁊ arbores pomis replebūtur. Secundo pa-
ſcit eas de carnibus pecorū diuerſoꝝ. vnde
pſ. Oīa ſubiecisti ſub pedibus eius oues ⁊
boues vniuerſas. inſuper ⁊ pecora cāpi. Uo
lucres celi ⁊ piſces maris. Tertio paſcit o-
ues ei⁹ pāe ſctē doctrine ꝟbi di. Eccle. xv. Ci
babit eos pane vite ⁊ intellect⁹. Quarto pa
ſcit oues eius cibo ſacramētali. Joh. vj. Ca-
ro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis meus ꝟe eſt
potus. Huius legimus figurā in Exo. iij. ꝙ
Moyſes paſcebat oues ⁊ minabat eas in in
teriora deſerti ⁊ ibi paſcebātur in herbis vi
rentibus. Ita xp̄us minat gregē ſuarū ouiū
in interiora deſerti. i. ad ſolitariā vitā. vitaꝫ
huius mūdi fugiendo. ⁊ ibi paſcit in herbis
virentibus. i. in. xij. articulis fidei quib⁹ ho-
mo vireſcit in ꝟtutibus. Et ſic Moyſi ibi lo
quebatur ieſus. ita loquit̃ ſuis ouibus inſpi
rationibus diuinis. De iſtis paſcuis vberri
mis ait in lib. Eze ch. xxxiiij. Ego requiram
oues meas ⁊ paſcā eas in montibus iſrael:
⁊ ibi requieſcēt in herbis virētibus. Quan
to eñ mōtes ſunt altiores tāto flores ⁊ her
be dulciores ꝓpter rorem qui citius cadit in
mōtes ꝙ̄ in valles ⁊ oues libētius comedūt
in mōtibus ꝙ̄ in vallibus. ⁊ lac eo dulci⁹ eſt
ꝓpter herbas montiū. Ita ſpūaliter quāto
altius hō aſcendit in montē contēplatōnis
tanto dulcius paſcit̃ in diuinis ⁊ ꝙ̄tomagis
tendit ad ima conuallium tanto min⁹ capit de
dulcibus. Et ideo monet ipſe ꝓpheta. Eſay
as oēs oues atꝙ̄ fideles xp̄i dicens. Uenite
aſcendamus ad montē dñi ⁊ ibi paſcua in-
ueniem⁹. Ergo dñs noſter ieſus xp̄s paſtor
bonus qui etiā ſuas oues ſignat. ꝓtegit. li-
berat. ⁊ paſcit.

¶ Dñica ſcđa poſt oct. paſce. Ser. xxxi.

V Os vero cōtriſtabimi
ni: ſed triſticia veſtra vertetur in
gaudiū. Joh. xvj. Nō ꝙ q̄ttuor
ſunt ſtulticie ꝓpter quas hō ſe
pe cōtriſtatur. Prima eſt hoīem in tali ſtatu
viuere in quo nō audet mori. Vñ Eccle. xiiij.
Mors non tardat. et. xlj. O mors ꝙ̄ amara
eſt memoria tua. Scđa eſt ꝓ viliſſima re vi-
tam exponere ſicut Naboth. iij. Regū. xxj.
Expoſuit vitā ſuā ⁊ perdidit ꝓ parua vinea
nā rex vocauit eū ⁊ dixit. Da mihi vineā re-
ſpondit nolo. Tūc miſit falſos teſtes ⁊ eū la
pidare fecit. ⁊ ſic triſtabat̃. Tertia eſt inter
bonū ⁊ malū eligere malū ⁊ bonū ſpernere
ſicut fecit. Moyſes cui rex pharao poſuit co
ronā ſup caput eius cū adhuc eſſet puer ⁊ ꝓ
iecit coronā. tunc accepit carbonē ignitū et
aurū ⁊ prebuit puero ⁊ puer elegit carbonē
⁊ oēs dixerūt. ſtulticia ſua eſt. Quarta ſtul
ticia eſt. quādo homo vendit hereditatē pa
ternā ꝓ cipho pleno lentibus. ita fecit Eſau
vēdidit eñ pregeniturā fratri ſuo Jacob ꝓ
vna ſcutella plena lentib⁹: vt ptꝫ Geñ. xxv.
Ita ſpūaliter qui nunꝙ̄ cogitat de morte ſꝫ
ſemp gaudet de vanitatib⁹ ſepe ex hoc triſta
tur. Itē homo ſepe gaudet coronās ſe coro-
na ſupbie ⁊ pdit coronā glorie. Itē homo ſe
pe vendit bñdictionē celeſtis hereditatis ꝓ
gaudio vanitatis. ſꝫ xp̄us premonet ſuos di
ſcipulos ne ipſi ſtulte in his agerēt: ſꝫ meli-
us eſſet eis hic modicum triſtari ⁊ poſt hāc
vitā eternaliter gaudere. ⁊ ideo ait vt ſupra
Uos ꝟo cōtriſtabimini ⁊ mūdus gaudebit
ſed triſticia veſtra vertet̃ in gaudiū vt ptꝫ in
euange. Dixit ieſus diſcipulis ſuis in cena.
Modicū iam ⁊ nō videbitis me. ⁊ iterū mo-
dicum ⁊ videbitis me: qꝛ iam vado ꝓ vobis
in mortem. ⁊ iterū quādo reſurgo videbitis
me ⁊ in aſcenſione mea: qꝛ vado ad patrem
dixerunt ergo diſcipuli adinuicēꝫ. Quid eſt
hoc quod dicit nobis modicū ⁊ nō videbitis
me. ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me: qꝛ vado
ad patrē. dicebāt ergo. Quid eſt ꝙ dicit nob̃
modicū neſcimus q̄d loquit̃ nec intelligim⁹
Cognouit aūt ieſus ꝙ volebant eū interro
gare. ⁊ dicit eis. de hoc q̄ritis iter vos: qꝛ di
xi vobis modicū ⁊ nō videbitis me. ⁊ iterūꝫ
principatus. Septima tribus fuit ſanctoꝝ
heremitaꝝ q̄ mūdum contēnentes in here
mo habitabant. ⁊ iſti acceperunt ſortem in
ter ſeptimū choꝝ qui dr̄ virtutes. qui ſuis
virtutibus ⁊ orationibus ꝓmeruerūt illam
ſorteꝫ. Octaua tribus fuit ſanctaꝝ virginū
que ſuis meritis ꝓpter caſtitateꝫ ſui corpo
ris ⁊ cordis. vt ſctā katherina ⁊ ſancta bar
bara obtinuerūt octauū choꝝ in terra pro
miſſionis eterne. qui chorus dr̄ archangeli
q̄ habēt officiuꝫ cuſtodire ciuitates. ita iſte
ſancte virgines cuſtodiebāt ciuitates ſui cor
poris ab om̄i immūdicia. Nona tribus eſt
cōiugatoꝝ ⁊ viduaꝝ qui accipiūt ſortem in
ter choꝝ angeloꝝ qui dicitur āgeli qui mit
tunt ad cuſtodiendū hoīes ⁊ deducendum
ad bonum. ſic ipſi deduxerūt ſeipſos ⁊ eoruꝫ
pueros ⁊ ꝓximos. ideo accipiūt parteꝫ ſm̄
dignitatem. ⁊ q̄uis vnus chorus eſt excelſi
or altero. tn̄ de ſorte ſua vnuſquiſq3 contētat̄.

et ideo dico ꝙ xp̄us hodie voluit aſcendere
vt adimpleret ruinas angeloꝝ collocaret
et diuideret terrā ꝓmiſſionis ſm̄ dignita
tem. Scd̄o chriſtus voluit hodie aſcendere
vt nos patri reconciliaret: qꝛ vt dr̄ Ephe. ij.
Longe eramus a deo ꝓpter pctā noſtra: ſꝫ
ꝓpe facti ſum⁹ ꝓpter filium ei⁹ ieſum q̄ eſt
ꝓpiciatio noſtra ad patrem. Huius legim⁹
figuram ꝙ erat quidā magn⁹ rex habēs du
os filios quoꝝ vn⁹ offendit patrem: ideo miſ
ſus eſt in exilium ſed venit frater ⁊ cōpatie
batur fratri ſuo mīa motus venit ad ipſum
in exilium ⁊ fecit ſibi nigrū clypeuꝫ ⁊ arma
nigra aſſumpſit ⁊ pugnauit ꝓ fratre ⁊ ho
ſtem vicit. ⁊ poſt triūphum fecit ſibi clypeū
albū ⁊ alba arma auro decorata in ſignuꝫ
victorie ⁊ leticie et fratrem expulſum patri
repreſentauit cū om̄i hereditate ſua: ⁊ rede
unte filio om̄es ſerui occurrebāt ipſis cum
hymnis ⁊ cāticis ⁊ ipſum laudabāt. Ita ſpi
ritualiter rex diues eſt deus pater qui ha
buit duos filios chriſtū ieſuꝫ ⁊ hoīem in pa
radiſo. ſed ſcd̄us filius ſcꝫ homo offendit
patrem: ⁊ ideo alius filius ſcꝫ chriſtus fili⁹
dei viui miſericordia mot⁹ trāſtulit ſe in exi
lium aſſumēs nigra arma. i. corpus humile
et pugnauit ꝓ nobis ⁊ ſupauit hoſtē. ac cuꝫ
fratre ⁊ om̄i familia videlicet cuꝫ Adam et
Eua ⁊ cum om̄i ꝓgenie ad patrē remeauit
et nunc in ſignū victorie accepit alba arma
auro decorata qn̄ corpus glorificatū aſſūp
ſit ⁊ fratreꝫ ſuū patri recōciliauit. ⁊ ideo ſer
ui patris occurrerūt ei cū leticia. Un̄ aliqui
admirādo hodie dixerūt. Quis eſt iſte qui
venit de edom. i. de exilio. Alij dixerūt. Iſte
formoſus eſt in ſtola ſua gradiēs. i. veniens
in multitudīe. ideo aſcēdit hodie vt nos ho
mīes recōciliaret patri. Tertio aſcēdit xp̄s
dn̄s hodie vt nobis viā manifeſtaret. Un̄
pſ̄. Notas mihi feciſti vias vite. qꝛ ante ip
ſum nobis erat ignota. Hui⁹ legim⁹ figurā
Gen̄. xxix. Iacob patriarcha vidēs pulchrā
puellam quā interrogauit cuius filia eſſet.
Rn̄dit Laban eſt pater meus. venit itaq3 et
ſeruiuit ſeptem annis pro ipſa in frigidita
te ⁊ nuditate ⁊ nullus labor fuit ſibi grauis
tandem regreſſus ad patriā cuꝫ magno co
mitatu ⁊ ipſe preceſſit oēm familiā ſuaꝫ per
deſertum vſq3 ad meſopotamiā. qꝛ via fuit
ſibi nota ⁊ inde exiuit. Ita ſpūaliter chriſt⁹
dn̄s noſter videns humanā naturā ī deſer
to huius mūdi vagantē cōſiderās pulchri
tudinē eius: qꝛ ad imaginē dei hoīem crea
uit: ad quē potuit bene dicere. Quis eſt pa
ter tu⁹. certe ipſe de⁹ q̄ poſſedit. fecit. ⁊ creat
eum ſm̄ pſ̄. Hoc conſiderans chriſtus exi

uit vt Jacob ꝓpriã terrã. ſeruiuit ꝓ ea vide-
licet ꝓ anima humana nõ ſeptem annis vt
Jacob: ſed. xxxiij. annis in frigiditate: pau-
pertate: ſiti ⁊ alijs: ⁊ tandẽ cũ magno comi-
tatu reduxit eã precedẽs per deſertũ huius
ſeculi: qꝛ via fuit ſibi nota ⁊ deducẽs eos vſ-
qꝫ ad meſopotamiã. i. celeſtẽ gloriã: ⁊ hoc di
cit propheta Miche. ij. Aſcendit pandens
iter ante eos: ⁊ dux eoꝝ fuit. Quarto xp̄s ho
die aſcendit vt nobis gratiã ⁊ gloriã mini-
ſtraret. Uñ ait apoſtolꝰ. Aſcendit vt imple-
ret omnia. aſcendit Salomon vt thronum
gratie poſſideret ⁊ daret omni petẽti: vt hr̄
in rogationibꝰ ꝑmi mẽbri: ita xp̄s. Qđ au
tem aſcendit vt nobis gratiã daret patet in
figura. iiij. Regũ. ij. vbi legimus ꝙ dñs vo-
luit Helyã de mũdo ducere in paradiſuꝫ: ⁊
apparuit iuxta iordanẽ Helyſeo ⁊ predixit
illi: tunc Helyas habuit bonũ amicũ: vicꝫ ꝓ
phetã Helyſeũ cui dixit. Ecce tollar a te vis
aliquid petere a me hoc pete anteqꝫ tollar
a te. Et ait Helyſeus. Peto dñe vt duplex
ſpiritus quem habuiſti prophetarũ fiat in
me. Reſpondit Helyas. Difficilem rem pe-
tiſti tamẽ ſi videris me in curru igneo aſcẽ
dere fiat tibi ſicut petiſti: ⁊ cum ãgeli vene-
runt ⁊ Helyam in nube in curru poſuerunt
vidit helyſeus: ⁊ ſic clamauit. Ecce currus
iſrael ⁊ auriga eiꝰ: qꝛ ſancti ãgeli ducũt euꝫ.
Ita moraliter dñs hodie celos aſcẽdit i cur
ru diuini amoris. dixit igitur nobis. Uis ali
quid petere a me hoc pete ãteqꝫ tollar a te.
Nã xp̄s tollitur a nobis: qñ peccamꝰ ⁊ tpe
mortis ꝙtum ad dona: iõ pete a me qđvis ⁊
dabo tibi. Debemꝰ etiã petere cũ propheta
qui dixit. Oro vt duplex ſpũs tuꝰ ſit in me
ſcꝫ vt habeã gratiã in pn̄ti ⁊ gloriã in futu-
ro. Sed rñdet xp̄s. Si poteris me videre in
curru igneo. i. ſi poteris me videre in mente
tua ſtantem in cruce pro te: ⁊ ſequi me fiet
tibi vt petiſti. Ergo ad thema. Aſſumptus
eſt ieſus in celũ ſedet ad dexteram dei pr̄is
oipotentis vt nobis viam demonſtraret et
ruinã angelicã repararet ⁊ nos patri recõ-
ciliaret: ⁊ nobis gratiã ⁊ gloriã miniſtraret
Quod nobis preſtare dignetur ⁊c.

¶ Dñica quinta poſt paſca. Sermo. xxxvi.

Et vos teſtimonium p
e hibebitis: qꝛ ab initio mecũ eſtiſ
Joh. xvi. Nota ꝙ vnuſquiſqꝫ bo
nus dux vel princeps debet tria
facere circa ſuos famulos. Primo debet ha
bere vexillũ diſtinctum a vexillis inimicoꝝ
vt exercitus ſequatur vexillum ſui ducis. vt
ptꝫ Nũe. ij. Precepit Moyſes tribubus iſrl̄
dicẽs quelibet tribꝰ hẽat ſuũ ſignũ vt poſſet
tribus illa ſequi ſuũ ducem. Secũdo debet
dux vel pñceps populũ inſtruere quõ debꝫ
pugnare cõtra inimicos ⁊ inſidias ponere
⁊ ꝓcauere. Exemplũ de Dauid q̃ bene ꝓca-
uebat inſidias Golie. iõ vincebat ipm̄. Ter
tio debet eos aiare per dona ſi habuerit ali
quod dãnum ꝙ illud eis in duplo velit recu
perare. vñ ait Tullius de re militari. Stipẽ
dium largũ animat pugnantẽ: qꝛ corona vi
ctoribus de iure debet. Iſta tria habuit xp̄s
dux ⁊ princeps apoſtoloꝝ ⁊ ſancte eccleſie.
Primo habuit vexillũ diſtinctũ qđ fuit gra-
tia ſpũſſancti taꝫ in ſignis qꝫ in loquelis in
ſãctis apoſtolis: qꝛ nemo poterat facere iſta
ſigna que ipſi fecerũt. Secũdo eos iſtruxit
omnia predicendo qualiter deberẽt regere
in hoc mũdo. Tertio dona larga ꝓmiſit. vn
de Petrus volẽs ſcire de ſtipendijs ait quid
dabis nobis ꝓmij ꝙ te ſequimur ⁊ oĩa dimi
ſimus ⁊ ſuſtinemus pſecutiões. Rñdit dñs.
Cũ ſederit filiꝰ hoĩs in ſede maieſtatis ſue
ſedebitis: ⁊ vos ſupra ſedes. xij. iudicãtes.
xij. tribꝰ iſrael. Et iſta oſtẽdũtur in hoc euã
gelio. In illo tpe. Cũ venerit paclytꝰ quẽ
ego mittaꝫ vobis a patre ſpm̄ veritatis q̃ a
patre in diuinis ꝓcedit. ille teſtimoniũ ꝑhi-
bebit de me. Et vos teſtimoniũ ꝑhibebitis
qꝛ ab initio mecũ eſtis: ſcꝫ predicatiõis ⁊ mi-
raculoꝝ manifeſtatõis ⁊ mutatõis aque in
vinũ. Hec locutꝰ ſum vobis vt nõ ſcandali-
zemini. i. vt non recedatis a fide. Abſqꝫ ſyna
gogis facient vos. i. ipſi eiicient vos tanqꝫ ex
cõicatos. Sed venit hora vt oĩs qui interfe
cit vos arbitretur obſequiũ ſe preſtare deo
quo ad iudeos ⁊ ydolo: quo ad paganos: ſꝫ
hec facient ſcꝫ infideles vobis. ſ. fidelibus:
qꝛ non nouerunt patrẽ neqꝫ me. Sed hec lo
cutus ſum vobis vos ꝓmonẽdo: vt cũ vene-
rit hora talis pſecutõis: tũc reminiſcamini:
quia ego dixi vobis. Quo ad thema: Et vos
teſtimoniũ ꝑhibebitis ⁊c. Nota ꝙ ſup pctõ
res ⁊ nõ credẽtes quattuor teſtimonia ad-
ducũtur. Primũ teſtimoniũ in pſonis diui-
nis eſt. Secũdum teſtimoniũ erit in apl̄is.
Tertiũ in creaturis. Quartũ teſtioniũ vult
facere in cicatricibꝰ. Prio deꝰ vult facere ſeu
ꝑhibere teſtioniũ ſup malos i diuis pſonis
Pr̄ in ptãte: qꝛ ſua potẽtia creauit celũ ⁊ ter
rã ⁊ oẽm ornatũ eoꝝ. Filiꝰ cui attribuit ſapi
entia: q̃ ornauit ſydera regit ⁊ ordiat in ſua
ſapia. Spũſſanctꝰ in clemẽtia q̃ conſeruat
oĩa p pr̄em creata ⁊ p filiũ ordiata. ſꝫ tñ ſũt
ſex gña hoim̄ q̃ viderũt ⁊ audierũt i ſignis
⁊ ꝟtutibus dei opa: ⁊ tñ nec credere: nec ſe
emendare voluit: iõ ipe vult ſupꝰ eos in pro-

ꝓpria pſona adducere teſtimoniū in die mor
tis ⁊ ī die iudicij. Et illos enumerat ꝓpphe
tam Malachiā. iij. c. dicens beata trinitas.
Ego accedā ad vos in iudicio tempe ſuo et
ero teſtis velox maleficis: ⁊ adulteris: periu
ris mercedē retinētibus: viduis ⁊ pupillis
vim facientibus: ⁊ peregrinos opprimenti
bus. Primo dico ꝙ deus vult eſſe teſtis in ꝓ
pria perſona maleficis qui ſuis truffis ⁊ ne-
quicijs circuierūt mundū cū incantationib⁹
homies decipiunt dicunt ſe mortuos ſuſci-
tare habentes ſpūs incluſos: ſcribunt cha-
racteres: ⁊ multa alia faciūt que nō ſunt di
cēda. ꝑponūt calibē in doliū ne penales bal-
neantur. tales aūt excōicari debent ⁊ infide
les iudicantur. Unde legimus ꝙ rex Saul
iuit ad quandam phitoniſſam: ⁊ ꝓmiſit ei
pecuniam: vt prophetā ſamuelē reſuſcita
ret ꝓpter quod deū offendit: ⁊ deus ipſū de
regno eiecit: ⁊ mortuus eſt in bello: iō oms
iſti qui nolūt deſiſtere ſunt excōicandi. Nā
deus prohibuit. Leuit. xx. dicens. Anima q̄
acceſſerit ad phitoniſſas vel ad conſulendū
ſortilegas ipſa morietur: ⁊ iſti ſunt primi ſu
per quos deus vult ducere teſtimoniū. Se
cūdi ſunt adulteri. vnde ait. Ego ero teſtis
velox adulteris. Nā adulteriū eſt peſſimū
peccatū qđ in decem preceptis ponitur pro
pter qđ multi ſunt lapidati ad mortē. Un-
de legim⁹ Dan̄. xiij. Qđ duo ſenes iudices
volebant. Suſannam vxorē Joachi filiam
helchie violare quos ꝑmiſit deus lapidari
ad mortem. Un̄ legimus in Judic. ca. xix. ꝙ
quidā iuuenis accepit vxorē ⁊ venerunt ali-
qui mali: ⁊ acceperūt ſibi vxorē qui trāſiuit
ad iudices ⁊ conquerebatur ab eis: ⁊ ipſi iu
dices ꝓpter hoc multos iuſſu dei occiderūt
ſed heu iam modicū curant: tamē hoc ꝑce-
ptum non eſt deletū ſed cōfirmatū: ideo iā
plaga venit in mundū. Tertij ſunt periuri
per quos deus vult eſſe teſtis in ꝓpria pſo-
na: tamen hodie iurant homines faciliter:
⁊ ducunt in conſuetudinē: ⁊ quicq̄d loquū
tur ſemꝑ cum iuramento cōfirmāt: cū tn̄ de
us veritas eſt: ⁊ cum Dauid dicit in pſ̄. Per
des oēs qui loquuntur mēdaciū. Judei ſunt
in his meliores q̄ꝫ xp̄iani: nā qđ iudei iurāt
in Adonay ſuo hoc ſeruant ⁊ ſi deberēt mo
ri. Itē pagani ſunt meliores q̄ꝫ aliq̄ xp̄iani ī
hoc. Nam legimus ꝙ pagani exierūt quā-
dā ciuitatē ad expugnādū q̄ddā caſtrū ⁊ iu-
rabant ꝑ ſolē ꝙ nollēt redire ad ciuitatē ni
ſi expugnaſſent: ſed expugnare nō poterāt
iō miſerūt nūcios ad mulieres ⁊ dixerūt ꝙ
aut dimitterēt ciuitatē: ⁊ venirēt ad eos: aut
acciperēt alios viros: q2 iuramētū vellent
ſuare: ſed multi xp̄iani iurāt ⁊ dāt litteras:
⁊ tn̄ nō ſeruāt. Quarti ſuꝑ quos de⁹ vult eē
teſtis hij ſunt mercedē retinētes laboranti
bus: ⁊ illud eſt vnū de pc̄tis clamantib⁹ in
celum. vn̄ Jac. v. Merces opariorū q̄ meſſue-
rūt terrā defraudata eſt. ⁊ clamor ad aures
dn̄i ſabaoth introiuit. ⁊ iō ait Tob. ad filiū
Tob. iiij. Fili mi nō morabitur merces ope
rariorū tuorū apud te vſq̄ꝫ mane. Quinti ſūt
viduis ⁊ pupillis calūniam faciētes. vn̄ ait
dn̄s ī Exo. xxij. Uidue ⁊ pupil. nō noce. ſi le-
ſeritis eos vociferabūt ad me ⁊ ego exaudiā
clamorem eorū ⁊ indignabitur furor meus
percutiamq̄ꝫ vos gladio eterne dānatiōis.
ſed heu iam nō curant multi q̄ꝫuis eis dn̄s
cōminatur cū eterna pena. Sexti ſunt ſuꝑ
quos deus vult facere teſtimonium qui ꝑe
grinos opprimūt: decipiunt ⁊ ſpoliāt: nam
peregrini veri qui ſunt in via peregrinatōis
⁊ propter deū oia reliquerūt ſunt filij dei et
dn̄s protector eorū eſt. vn̄ ait Dauid in pſ̄.
Peregrinus ſum apud te ſicut oēs patres
mei: q̄ illos offendit meli⁹ eſſet ꝙ offenderet
ꝓpriam pupillā oculi ſui. vn̄ dicit illud pſ̄.
Exaudi de⁹ orationē meā: ⁊ ne ſileas ꝙ ego
ledar qm̄ ego aduena ⁊ peregrinus ſum. ⁊
ideo ait dn̄s in euangelio. Qđ vni ex mi. me
is feciſtis mihi feciſtis. ⁊ ſic pꝫ primū teſti-
moniū qđ facit xp̄s in ꝓpria perſona trinita
tis. Secundum teſtimoniū ſuꝑ malos vult
adducere cum ſuis duodecim ap̄lis. Unde
ait ad eos Act. i. Ego elegi vos vt ſitis mi-
hi teſtes in hieruſalem ⁊ in omni iudea: ⁊ vſ
q̄ꝫ ad vltimū terre. Hij aūt teſtes p̄dicāt tria
de xp̄o. Primo ſuam largiſſimam remune-
tionē benefacientibus ⁊ predicantibus. vn̄
ait Mat. xi. Uenite ad me omēs qui labo. ⁊
one. eſtis. ⁊ ego reficiā vos. Scđo ſuam piiſ
ſimā miam. vn̄ ait Jere. Uade clama cōtra
orientem: ⁊ occidentē aquilonē ⁊ meridiem
di. Reuertere ad me aduerſatrix iſrl̄ ⁊ ego
ſuſcipiā te. Tertio p̄dicant ſuā ſeuiſſimam
iuſticiā cōtra obſtinatos. Un̄ in pſ̄. Niſi cō-
uerſi fueritis gladiū ſuū vibrauit ⁊c. Hui⁹ le
gimus figurā in li. Heſter. Irat⁹ rex cōtra fi
lios iſrael ⁊ miſit litteras vt oēs interficerē
tur: ſed tn̄ mia motus miſit alias litteras cū
litteris ſignatis anulo regis. ⁊ fecit reuoca
re ſniam: ⁊ fecit ꝓclamare miam. Ita ſpūa-
liter in antiqua lege de⁹ dedit mortis ſentē
tiā dicens illud Gen̄. ij. In quacūq̄ꝫ hora co
mederitis morte moriemi. itē Ezech. xviij.
Aia que peccauerit ipſa morietur: ſꝫ poſt miſſi
onē ſpūſſancti iſti. xij. nūcij miſſi in q̄ttuor ꝑ-
tes mūdi teſtiomū perhibēt de xp̄o clamān-
tes ⁊ nouas lr̄as mie portātes. Iſte lr̄e fuerē

ſignate anulo regis.i.gratia ſpuſſancti per ſigna. Unde ait dñs ad eos. Ite in orbē vniuerſum predicate euangelium mie ꝛ gratie omni creature rationali.ꝛ ſic ptʒ ꝙ teſtimonium vult xp̄us perhibere in duodeciʒ apoſtolis. Tertio xp̄us vult teſtimonium ꝑhibere ſup peccatores non credentes in creaturis videlicet in celo ꝛ in terra ꝛ i aliis. Uñ ait Job.xx. Reuelabunt celi iniquitatē meā ꝛ tu dñe inſtauras teſtes contra me. Huius legimus figurā in li. Deut.xxxi. Moyſes dedit filiis iſrael legem ex precepto dñi ſed populus in ꝑmo.ſecundo.tertio ꝛ quarto āno multū bene ſeruabant legem deceʒ ꝑceptoꝝ ſed ſtatim de die in diē diuiſerunt tūc Moyſes ſcripſit ea in vno libro ꝛ vocauit omnem multitudinē filioꝝ iſrael ꝛ dixit. Ecce iā me viuēte dimittitis legē ꝛ inique agitis. Quid igitur vultis facere poſt mortē meā: ego ſcripſi legem dei mei in hoc libro ꝛ volo mecum ducere cōtra vos in iudicio ꝛ volo vocare celum ꝛ terrā ꝑ teſtimonio.ꝛ poſuit libruʒ in arca federis. Ita ſpūaliter xp̄us dedit nob nouam legē nō a ſeipſo ſed ex deo ſcʒ quattuor euāgelia: ſʒ in ꝑmitiua eccleſia ſeruabāt vſqȝ ad trecētos annos ꝙ tanta fuit charitas inter xp̄ianos ꝙ q̄ duas tunicas habuit dedit vnā nō hn̄ti. ꝛ multi optauerunt ꝑ xp̄o mori: ſed poſt illud tempus tepuit charitas de die in diem. ideo vult dñs libros ſuorum euāgelioꝝ ducere ad iudiciū ꝛ ſumere celum ꝛ terrā contra obſtinatos ꝛ incredulos. hoc ꝓbat Joh. in Apoc. dicens. Ecce libri apti ſunt ꝛ viui ꝛ mortui iudicabuntur ex eis. ꝛ ſic patet ꝙ xp̄us vult teſtimoniū ꝑhibere ſuper pctōres non credentes ꝛ obſtinatos in creaturis. Quartū teſtimoniū vult dñs perhibere cū ſuis cicatricibus vulnerū que ꝑ nobis ſuſtinuit. vnde ait Joh. Chryſ. ſuper illo ꝟbo Mat. Tunc apparebit ſignū filii hominis. nam angeli deferent crucē ante eum ꝛ lanceam ꝛ ſpineā coronā. ꝛ clauos ſuper pctōres in teſtimoniū ꝛ in corpore glorificato ſiue clarificato quod retinuit quiqȝ vulnerum cicatrices q̄ manifeſte apparent ꝛ clarior eſt ille locus vbi fuerunt illa vulnera maiora tanqȝ ſol ſplendēs de eis. vt probat zacharias. Uidebunt in quem tranſfixerunt. Huiꝰ etiā poīt Joh. in Apo'. figuraʒ dicens. Cum venerit tunc omnis populꝰ congregabitur ante thronum vbi videbunt eū tanqȝ iudicē ſedere ꝛ vnicuiqȝ iudicabit ſm̄ meritum ꝛ demeritum: qꝛ tūc eſt clauſa ſue miſericordie bulla que in hac vita eſt aperta: ꝛ tunc non aliud iudicat qȝ quod iuſticia ſtricta dictat. ideo ait Petrus. Act.x. Ipſe eſt a deo conſtitutus iudex viuorum ꝛ mortuorum. Ergo ad thema. Et vos teſtimonium perhibebitis: qꝛ ab initio mecum eſtis. Rogemus dñm ꝙ illo tempore poſſimus ſecure ſtare quādo hec erunt ꝛc.

¶ In die penthecoſtes. ſmo. xxxvii.

Spiritusſanctus quem mittet pater in nomīe meo docebit vos omnia Johā. xiiii. Ad hoc ꝙ aliqua petitio audiatur tria ſunt neceſſaria. Primo ex parte donantis pietas nam ſi non eſſʒ pius ſed auarus ille quem petis tunc fruſtra petis Secundo ex parte potentis idoneitas. ſcilʒ ꝙ non ſit odioſus ſed amoroſus: qꝛ dona donant ſm̄ amorem: vt patet. i. Regū. i. Elchana dedit familie partes vt immolarent: ſed quando dedit vxori ſue anne partē tunc triſtabatur eo ꝙ eam diligebat ꝛ ſterilis fuit. ideo ſacerdos templi nō acceptauit eius mūera. Tertio ex parte doni vtilitas. nam poſſʒ aliquis petere quod non ꝓdeſſet alicui nec ſibi vtile eſſet. Ideo ait dñs ad diſcipulos. Petite vt gaudium veſtruʒ plenū ſit. i. eternū. Diſcipuli autē conſiderabant hec tria. Primo ex parte dantis. ſcʒ xp̄i pietatem ex parte petētis ꝓpriam neceſſitatē. ex ꝑte doni vtilitateʒ ergo petebant eis mitti ſpm̄ſanctū. ꝛ de hoc dicit euangeliū. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quid diligit me ſermonem meum ſeruabit. ꝛ pater meus celeſtis diliget eū ꝛ ad euʒ veniemus ꝛ manſionē apud eum faciemus per gratiam ſpiritusſancti. Qui non diligit me ſermonem meum nō ſeruat. ꝛ ſermonē quem audiſtis non eſt meus ſed eius q̄ miſit me patris. hec locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclytus auteʒ ſpiritusſanctus quē mittet vobis pater in nomine meo ille vos docebit omnia quecunqȝ docui vos ꝛ illa faciatis. Pacem relinquo vobis paceʒ meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis: quia mundus pacem nō ſeruat ſed pax mea poſt hanc vitam eſt eterna. Non turbetur cor veſtrum neqȝ formidet audiſtis quia ego dixi vobis. vado ꝑ vobis ad patrem in celum ꝛ venio ad vos ſpiritumſanctum mittēdo. Si diligeretis me gauderetis vtiqȝ: quia ad patreʒ vado: quia pr̄ maior me eſt. in eo ꝙ creauit celū ꝛ terram ꝛ oīa. Et nūc dixi vobis ꝑuſqȝ fiat vt cū factū fuerit credatis. Iā non multa loqȝ vobiſcum. Uenit em̄ ꝑnceps mūdi huius. i. dyabolus vos temptās ſed in me non hʒ qcqȝ conſen-

eitiſ

tiendo. Sed vt cognoſcat mūdus q2 diligo patrem ꝛ ſicut mandatū ab eo accepi ita facio notum. Ad thema. Spūſſanctus quem mittet pater in nomīe meo docebit vos omnia. Nota ꝙ ſpūſſanctus quattuor operat̄. Primo eleuat per contemplationē. Secundo purgat per increpationē. Tertio rectificat per directionem. Quarto inſtruit per informationez. Primo dico ꝙ ſpūſſanctus eleuat mentem hominū ꝑ contemplationē ad cognoſcendū celeſtia ꝛ ad deſpiciendum terrena. Huius legim⁹ figurā. Ezech. viij. vbi ait. Steti in cāpo magno ꝛ eleuauit me ſpiritus inter celum ꝛ terram ꝛ vidi celeſtia que erant ꝑfecta ꝛ vidi terrena. ꝛ ecce apparuerunt inania ꝛ vacua. ꝛ ideo celeſtia deſideraui. ꝛ terrena deſpexi. Ita ſpiritualiter vnuſquiſꝗ fidelis debet petere ꝑ gratia ſpiritusſancti: vt ipſum eleuet mente ꝛ ſtet iter celum ꝛ terram oculis mētis celeſtia deſiderando ſimul ꝛ terrena. Aſpiciat oculis mētis ſupra ſe: regez celi cuius pulchritudinez ſol ꝛ luna mirant̄: cuius vultū deſiderāt angeli ꝓſpicere. Reſpiciat autem terrena ꝛ pͥncipes mundi in quibus non eſt veritas neꝗ ſalus. Aſpiciat ſupra ſe reginā celi. De qua ait in pſ̄. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate mat̄ mie Reſpiciat mulieres huius mundi in quibus non eſt ſtabilitas. Aſpiciat militiaz celeſtis exercitus ꝛ reſpiciat militiā huius mundi ꝗ terrena deuaſtant ꝛ deſtruunt ſuꝑ quos veniet gladius eterne dānatōnis. Aſpiciat ſupra ſe theſaurum celeſtē vbi nec erugo nec tinea demolitur. Reſpiciat infra ſe theſaurū mundi quem fures effodiunt ꝛ furant̄. Aſpiciat ſupra ſe dona de celo de ſpūſancto ꝓcedentia videlicet donuz ſapiētie. intellectus. cōſilij fortitudinis. timoris pietatis ꝛ donū ſcientie. Reſpiciat inferius dona his cōtraria ſuꝑbie. auaricie. luxurie. gule. ire. inuidie accidie. Cū em̄ ponderas vnū ↄtra reliquū ꝛ celeſtia appetis ꝛ terrena ꝓpter eoꝝ maliciam ſpernis tunc cū ꝓpheta ꝑ ſpm̄ſanctuz inter celū ꝛ terram eleuaris. Scd̄o ſpūſſanctus purgat peccata ꝑ increpationē pctōꝝ ꝛ per punitionē. Unde ait dn̄s in Iohā. xvj. Cum vene. ille argu. mū. de pec. Huius legimus figuram Apo. viij. Accepit angel⁹ thuribulum au. ꝛ imple. illud de igne al. ꝛ miſit in terram ꝛ poſtea ſeptem angeli cū ſeptem tubis ſe preparabant. Hec figura oſtendit miſſionem ſpūſſancti per plagam male operantibus qui noluerunt audire doctrinam eius: nam angelus accepit thu. au. quod eſt dilectio: q2 ſpūſſanctus eſt dilectio que a patre ꝛ filio procedit. ꝛ miſit in terram homines inflammando diuino amore: ſed pauci curant: ideo ſeptem angeli cuz tubis ſe preparant plagam ꝓ peccatis mundo inferendo. Primus angelus tuba cecinit ꝛ venit tonitruum ꝛ deſtruxit tertiam partem mundi arborum per arbores nota nobiles quoꝝ tertia pars ꝑit in aīa tonitruo dānatōis Una pars ſunt nobiles qui ſunt cōtēti ſtipendijs ſuis ꝛ defendūt viduas ꝛ orphanos ꝛ nulli damnū faciunt. iſta pars non perit. Secunda pars ſunt qui moriuntur vt paruuli nobilium anteꝗ̄ habent annū diſcretionis: q2 filius nō portat iniquitatem patris quo ad animā. Sed tertia pars ſunt ꝗ ſunt raptores ꝛ tenent latrones iſta pars perit cū tonitruo eterne dānatiōis. Scd̄s āgelus tuba ſua cecinit ꝛ cecidit de celo mons magnus ardens in mare. ꝛ tertia pars nauiuz interiit. quid per naues niſi mercatores notantur quoꝝ tertia pars debet perire in aīa Una pars eſt illa ꝗ vendit ꝛ emit ſine dolo ꝛ ditant̄. Alia pars qui emūt agros ꝛ vineas ꝛ oues ꝛ boues ꝛ apes ꝛ quicquid de⁹ dederit in his ſunt cōtenti ſicut patriarche ꝛ ꝓphete qui ſunt ſaluati. Sed tertia pˢ ꝗ perit eternaliter: hij ſunt qui vendūt cū fraude ꝛ dolo. Unde pſ̄. Perdes omnes ꝗ loquūtur mendacium. Tertius angelus tuba cecinit ꝛ cecidit de celo magna ſtella in flumine. cui nomē abſinthiuz ꝛ inde aque amare facte ſunt ꝛ homines mortui ſunt ex aquis. per hos nota laboratores ꝛ cōmunem populum. videlicet mechanicos quoꝝ tertia pˢ morietur in aqua. Una pars eſt qui laborāt fideliter ꝛ nutriūt filios ſuos ꝛ dant elemoſynam ſuam pauperibus. ſm̄ Pſ̄. Labores manuū tuaruz: q2 manducabis beatus es. Alia pars qui bene laborauerunt ꝛ de laboribus cum habent neceſſitatem ſeruiūt deo ꝛ dant elemoſynā pauperibus ꝛ frequētant eccleſiā. Sed tertia pars que morietur in anima ſunt mali operatores qui homīes decipiunt ꝛ iurant ꝙ ſit bonū cum ſit malum ꝛ ſabbatum non cuſtodiunt iſta pars morietur. Quartus angelus tuba cecinit ꝛ cecidit grando ꝛ percuſſit tertiam partē feni ꝛ terre. Per hoc nota ruſticos qui colunt terram quoꝝ ſimiliter tertia pars perit. Una pˢ eſt illa que colūt agrum fideliter ꝛ proximo non nocebunt ꝛ dant decimas ꝛ dāt elemoſynam mēdicantib⁹. Alia pars ſaluatur ꝗ cuſtodiunt ſabbatum ꝛ vadunt dominicis diebus ad eccleſiā ꝛ ſeruiunt creatori ꝛ ſūt patientes hi ſaluantur. Sed tertia pars ꝑ grandinem eterne damnationis deſtruitur

ſicut ſunt ruſtici qui furantur agrum ⁊ fru
mentum proximi ⁊ ad eccleſiam ire nolunt
inebriantur rixantur. iſta pars perit. Quin
tus angelus tuba cecinit ⁊ tertia pars ſo
lis ⁊ lune ⁊ ſtellarum percuſſa eſt. per hoc
notatur ſtatus preſbiterorum ⁊ religioſo=
rum qui deberet lucere in eccleſia ſicut ſtel
le ſol ⁊ luna. ſed tertia pars pcutitur. Una
pars que nō percutitur ſunt tria vota obſer
uantes ſcꝫ paupertatē caſtitatē ⁊ obedien=
tiam. Alia pars que ſaluat̄ ſunt preſbyteri
deo deuote horas canonicas pſoluētes exē
pla bona dātes ⁊ quicquid ſup habent de p̄
bendis elemoſynas dantes diſtribuunt hij
ſaluātur. Sed tertia pars videlꝫ inobedien
tes. luxurioſe viuētes. diuitias magis ꝙ̄ ſa
lutem anime cupientes hij pcutiunt̄. Sextꝰ
angelus tuba cecinit ⁊ aptus eſt fons abyſ=
ſi ⁊ exierunt locuſte habētes loricas ferreas
dentes leonum. capillos mulierum ⁊ terraꝫ
maculauerūt. Hic deſcribitur ſtatus huius
mūdi nam per iſtas locuſtas notantur ſup=
bi qui iam portant veſtimenta locuſtarū lō=
gas manicas vſqꝫ ad terrā. quaſi volare vo
lētes ſed non ad celuꝫ. loricas ferreas: quia
ſunt indurati capillos mulierum: qꝛ mulie=
res iam vt placeant amatoribus mūdi alie
nos crines faciunt. ⁊ iuxta aures ſicut arie=
tes cornua. ⁊ iſte malus vſus venit de puteo
abyſſi infernalis ad quē tendūt. Septimus
angelus tuba cecinit ⁊ audiuit iohānes vo
cem de celo clamantem. Factum eſt. ⁊ vidit
mulierem ſtantem in aere amictaꝫ ſole ⁊ lu
na ſub pedibꝰ eius. ⁊ coronā duodecim ſtel
larum in capite eius. Hic deſcribitur ſtatus
in iuſtoꝝ. nam poſt tribulationem maloruꝫ
eſt congregatio fidelium qui verū ſolē iuſti=
cie xp̄m ſunt ſecuti ⁊ luna ſub pedibus quia
terrena deſpiciebant. coronā duodecim ſtel
larum in capite: quia duodecim articulos fi
dei tenuerunt. ideo ſpūſſanctus purgat p in
crepationem. vt vnuſquiſqꝫ in hac vita fuet
vt tunc ſecure poſſet ſtare. Tertio ſpūſſctūs
rectificat per directionem. Et quia intentio
portat vexillum in regno ꝟtutum. ⁊ conſciē
tie. ideo neceſſe eſt vt ſpūſſanctus rectificet
intentionem. Nam quattuor genera homi
num ſunt in eccleſia quorum intentio nō eſt
recta ⁊ via per quā ambulant eſt curua. Hu
ius legimus figuram Prouer. xxx. Salomō
ait. Tria ſunt mihi difficilima ⁊ quartū pe
nitus ignoro. videlicet viam aquile volātis
viam colubre ſuper terram. viam nauis in
mari. ⁊ viam viri in adoleſcentia ſua. iō de
pingebant ſalomonem iudei in introitu ip
ſius templi in hunc moduꝫ. ipſe ſedebat in
throno regali: et ſuper eum aquila volans.
ad quam ait. Viā aquile ſequi nolo. ad dex
tram coluber ad quem ait. Eius viam ſequi
nolo. ad ſiniſtraꝫ nauis per mare nauigās
ad quam ait. Viā eius ſequi nolo. infra euꝫ
adoleſcens inconſtans ad quem ait. Viam
eius ſequi nolo. Ad propoſitū quattuoꝛ ſūt
genera hominum in eccleſia quorū via nec
intentio eſt recta. Primi ſunt hypocrite qui
aſſimilantur aquilis. Nam aquila volat in
altis ⁊ tamē predā capit in terris. ita hypo
crite apparent quaſi aquile volātes tamen
ſunt homines decipiētes. Secundi ſunt mē
dacium loquentes ⁊ ꝟba diſcordie ſeminan
tes. iſti aſſimilant̄ colubris qui venenum di
ſcordie ſeminant inter concordiam. Tertij
ſunt verbis adulatorijs ſimulantes. hij aſſi=
milantur nauibus ptrāſeuntibus in me=
dio maris. ſicut em̄ nauis ptranſit mare et
tamen veſtigia nō poſſunt inueniri. ita mul
ti gerunt mel in ore ⁊ fel in corde quoꝝ nec
via nec intētio eſt recta. Quarti ſunt luxuri=
oſi. videlicꝫ vir in adoleſcētia q̄ eſt incōſtās
ſed cū venerit ſpūſſanctus facit in his viam
rectam ⁊ intentionē bonā facit de hypocri=
tis iuſtos. facit de adulatoribꝰ pfectos. ⁊ fa=
cit de luxurioſis caſtos. Ideo petit eccleſia
in hymno quē hodie canimꝰ ad laudeꝫ ſcti
ſpūs. Ueni creatoꝛ ſpūs mentes tuoruꝫ vi=
ſita. ⁊c. Et ſic pꝫ ꝙ ſpūſſanctus rectificat in=
tentiōes hoim̄. Quarto dico ꝙ gratia ſpūſ=
ſancti inſtruit p informationē diſcipline ſci
entie ⁊ bonitatis. Uñ ait Dauid in pſ. Bo=
nitatem ⁊ diſciplinā ⁊ ſcientiā doce me. Uñ
Sap. Spūſſanctus eſt omniū artifex ⁊ oēm
habet ꝟtutem. Sunt autem ſeptē artes q̄s
docet ſpūſſctūs. quas multi vertunt in ma=
lum. Cuius legimus figuram Geñ. xli. Ui=
dit pharao in ſpū calamum vnū in agro ha
bentem ſepteꝫ ſpicas. Calamus in agro eſt
homo in mundo habens ſeptē artes q̄ ipm̄
honoratū ⁊ glorioſum faciunt omni mūdo
per ſpm̄ ſanctum qui eſt artifex oēm habēs
ſcietiā. Prima ſcietia eſt grāmatica que do=
cet recte loqui. Ille em̄ laudat̄ a litteratis q̄
dicitur bonus grammaticus: ſed ille magis
laudatur a deo qui nullū decipit. veritatem
ſemper tenet quia deus veritas eſt. Secun=
da ſcientia eſt phiſica que docet circa natu=
ralia videlicet herbas arbores: ⁊ aliquos la
pides precioſos ⁊c. ⁊ ille multum laudatur
a mundo qui talem ſcit ſcientiā: ſed ille lau=
datur magis a deo ⁊ angelis. ⁊ eſt coram il=
lis bonus phiſicus qui creatorem in creatu
ris cognoſcit ⁊ gratias agit ꝙ ipm̄ dn̄m cō=
ſtituit omnium creaturarum mūdi. Tertia



nota. quatuor ſunt ingnota
homini/

ſcientia eſt geometria q̄ docet menſurare vt
multi ſubtiliter ſciũt mẽſurare altitudines
turrium ⁊ montiũ. ⁊ ꝓfunditatẽ maris inue
ſtigare. ⁊ ꝑ circulos oĩa ſubtiliter ordinare.
ille multũ laudatur in mũdo: ſed ille magis
quẽ docet ſpũſſanctus ⁊ facit geometram q̄
quotidie menſurat tẽpus a deo ſibi impen-
ſum ꝙ nõ inutiliter conſumat: ⁊ mẽſurat in
corde bona opa ⁊ mala vt valeat reddere ra
tionem. Quarta ſcientia eſt theologia q̄ do-
cet ſacrã ſcripturã vt bibliam: euangelia et
omnes libros ſacre ſcripture: ⁊ iſti qui iſtam
ſcientiã ſciunt multũ laudantur. Sed tamẽ
multi ſunt qui ſunt theologi ⁊ omnẽ bibliã
⁊ libros ſciunt: ⁊ ſeipſos neſciũt. ideo docet
ſpũſſanctus hominẽ vt ſeipſum cognoſcat:
⁊ multi ſunt qui ſolũ ſciũt vnũ. Pater noſter
⁊ Aue maria: ⁊ magis laudantur q̄ꝫ magni
theologi. Unde Aug. In die iudicij ſurgent
indocti ⁊ condẽnabſit nos doctos. Quinta
ſcientia eſt muſica docẽs ꝑfecte ⁊ ſubtiliter
cantare: ⁊ ille multũ laudatur a mũdo q̄ eſt
bonus muſicus: ſed ille magis laudat̃ a deo
⁊ angelis qui ſcit deuote orare elemoſynaꝫ
dare ⁊ ieiunare: q꞉ non clamor ſed amor ſo
nat in aure dei: non vox ſed votũ: nõ cordula
ſed cor deuotũ. Sexta ſcientia eſt rhetorica
que docet hominẽ bene ſcribere: ꝑfecte ⁊ or
nate loqui ⁊ dictare ⁊ ille bene laudatur ſed
ille plus laudatur quem ſpirituſſanctus om
nia docet verba dei ſcribere in corde ſuo: et
facere illud quod placet ſuo creatori: ſicut
dicitur de beata virgine. Omnia verba chri
ſti cõferens in corde ſuo tanq̄ꝫ in libro. Sep
tima ſcientia eſt aſtronomia que docet di-
numerare curſum ſolis ⁊ lune ⁊ ſtellarum in-
ueſtigare: ⁊ ille multũ laudatur a mũdo: ſed
ille plus laudatur quem docet ſpũſſcũs ſtel-
las inſpicere ſolem ⁊ lunã vt creatorem lau
det ſi placeret deo ſemꝑ laudare optaret: et
ponit omnẽ voluntatẽ ſuã ad voluntatẽ dei
ſi pluit pluat: ſi ſol lucet luceat. et cogitat ec
ce quãta pulchritudo eſt in celo ſuperiori ex
quo tanta pulchritudo eſt in celo inferiori.
Et ſic illis ſeptẽ artibus vel ſcientijs docet
vti ſpũſſanctus ad laudem ⁊ honorem dei:
tunc in vno calamo ſiunt ſeptẽ ſpice plene
virtutibus: ideo patet ꝙ ſpirituſſanctus do
cet ⁊ informat.

¶ Feria ſecunda. Sermo. xxxviij.

**Ux venit in mundum**

l Joh. iij. Tria ſunt ſigna veri a-
moris vniꝰ ad alterũ. Primum
eſt inſtructio in agẽdis quid agere ⁊ vitare
debeat. vñ Eccle. vij. Filij tibi ſunt, erudi il-
los. Scdm. eſt ſubuẽtio in rebus neceſſarijs
Eccle. xxx. Perde pecuniã ꝓpter amicũ tuũ
⁊ in neceſſitate illius nõ abſcondas eã. Ter
tium vt ſi neceſſe fuerit ꝙ etiam ꝓpter ami
cum ſuuꝫ exponat ſe in periculũ mortis. vñ
Heſter. iiij. Tradaꝫ me ī morti ꝓ vobis. Iſta
tria ſigna veri amoris oſtendit pat̃ circa ge
nus humanũ qui nos ꝑ ſpm̃ ſanctũ docuit:
quem miſit in ãtiqua lege prophetis vt po-
pulũ erudirent: ⁊ in noua lege apoſtolis: vt
mundũ docerent tanq̄ꝫ filios dei. Itẽ om̃ia
creauit in creatione ꝓpter nos. Nã creauit
ſolem ⁊ lunam ꝓpter nos: ⁊ creauit anima
lia propter nos. Unde ipſe ait in pš. Nũ q̄d
manducabo carnes thaurorũ: aut ſanguinẽ
hircorũ potabo. ergo non ꝓpter me ſed ꝓpt
te creaui illa. Item filium ſuũ ꝓpter nos tã
q̄ꝫ ſeipſum non ſoluꝫ expoſuit periculo mor-
tis ſed in mortem amariſſimã. ⁊ de hoc dici
tur in euangelio. In illo tempore dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Sic deus dilexit mũdũ vt fi-
lium ſuũ vnigenitũ daret ꝓ hoīeꝫ: vt omis q̄
credit in illũ non pereat in aīa ſed habeat vi
tam eternam. Non eñ miſit deus filiũ ſuuꝫ
in mundũ vt condẽnet hominẽ: ſed vt ſalue
tur homo per ipſum qui credit in eum non
cõdẽnatur. qui autem nõ credit iam condẽ-
natus eſt ad mortem eternam: q꞉ nõ credit
in nomine vnigeniti filij dei hoc autem ẽ iu
dicium cõdẽnationis: q꞉ lux venit in mũduꝫ
⁊ dilexerũt homines magis tenebras q̄ꝫ lu-
cem. Tenebre autẽ ſunt eorum opera mala
om̃is eñ qui male agit odit lucẽ. ⁊ nõ venit
ad lucẽ vt nõ arguãtur opa eius. Qui auteꝫ
facit veritatẽ venit ad lucẽ: vt manifeſtẽtur
opera eius q꞉ in deo facta ſunt. Ad thema.
Lux venit in mundũ. Nota ꝙ quadruplex
eſt lux. Prima lux eſt xp̄us. Secunda lux eſt
gratia ſpũſſancti. Tertia lux eſt homo iuſtꝰ
Quarta lux eſt gloria eterna. Primo dico ꝙ
xp̄us filius dei viui miſſus in hunc munduꝫ
ꝓ nobis dicitur lux. ⁊ hoc ꝓpter multa. Pri-
mo quia lux habet altiorem locum in crea-
turis: vt patet in ſtellis. luna ⁊ ſole. que ſtãt
ſupra omnia elementa locata ita xp̄s excel-
lentiorẽ locuꝫ habet ſuper oẽs choros ange
lorum ⁊ ſuper omnes electos in celo. Unde
dicit apoſtolus. Sedet ad dexteram dei pa
tris omnipotentis. Et ipſe ait. Eccle. xxiiij.
Ego in altiſſimis habito: ⁊ thronus meꝰ in
columna nubis. Secundo dicitur lux filius
dei quia ſine luce homo non poteſt bona fa
cere. ſic ſine xp̄o hõ nõ poteſt facere opa me
ritoria. Unde ipſe ait in euangelio. Joh. xv.

Sine me nihil poteſtis facere. Tertio dicit
lux xp̄s: q̄ꝛ mundum illuminat ſuis doctri-
nis: meritis ⁊ exēplis. Unde ait Joh̄is. viii.
Ego ſum lux mundi qui ſequitur me nō am
bulat in tenebris: ſed habebit lumen vite.
Huius figurā legimus Gene. i. Terra erat
inanis ⁊ vacua ⁊ tenebre erant ſuper faciez
abyſſi. Dixitq̄ȝ deus ante creationē omniuȝ
creaturarū. Fiat lux: ⁊ facta eſt lux: ⁊ vidit
deus ꝙ eſſet valde bona ⁊ terra germinauit
herbam virentem ⁊ fructū multiplicem ſm
ſpecies ſuas. Ita ſp̄ualiter humana natura
per peccatū fuit lapſa in tenebris ⁊ vmbra
mortis ꝙ non niſi ſpinas ⁊ tribulos germi
nauit vitiorum. Unde videmus ꝙ terra ca
rens luce eſt ſterilis: ⁊ niſi ſpinas ⁊ tribu-
los profert. Erant igitur ſuperficies cordis
noſtri tenebre. et ideo facti fueramus velut
abyſſi. ⁊ ideo non poterat propter abyſſum
noſtrorum peccatorum ⁊ vitiorum deus vi-
dere ſuper faciem anime: ſed pater in diui-
nis videns noſtras tenebras dixit. Fiat lux
in mūdo: quando ſcȝ miſit filium ſuum vni
genitum ieſum xp̄m in vterum virginis: et
lux luceat in mūdo q̄n xp̄us exiuit vtero ṽgis
⁊ mundū illuminauit: ⁊ terra. i. homo de ter
ra germinauit herbā virentem ⁊ fructū ſm
ſpecies ſuas. i. virtutes diuer as median-
te xp̄o. Unde ait Aug. in lib de ſpū ⁊ anima
Erat inquit nubes tenebroſa ante oculos
meos: ⁊ in tenebris ambulaui: ſed venit illu
minator meus: ⁊ deduxit me de tenebris in
lucem. ⁊ ſic patet ꝙ xp̄us eſt lux tenens ſu-
premum locum: ⁊ ſine chriſto nihil merito-
rie poſſumus operari. Secundo gratia ſpi-
ritusſancti dicitur lux. Unde dicit xp̄s i euā
gelio. Johā. xii. Dum lucem habetis credite
in lucem vt filii lucis ſitis. Nam videmus
quando homo eſt in tenebris non percipit
que ſibi ſunt nociua vtrum prope vel longe
ſint. Poſſet enim homo in tenebris dormi-
re inter ſerpentes venenoſos ꝙ neſciret: ſȝ
quādo lux veniret cognoſceret ꝙ fuit in ma
gno periculo: ita peccator exiſtens in mor-
talibus peccatis dormit ⁊ ambulat in tene-
bris inter vermes cōſcientie: ⁊ inter ſerpen
tes demonum: ⁊ hoc cognoſcere non poteſt
niſi mediante gratia ſp̄uſſancti. Huius legi
mus figuraȝ Actu. xii. Petrus erat in tene-
bris ⁊ omnis populus iudeorū expectabat
vt educeretur ⁊ interficeretur; ſed venit an
gelus quem miſit dn̄s: ⁊ eduxit eum dicens.
Surge ſequere me: ⁊ ſurgens ſecutus eſt eū
⁊ ceciderunt cathene de manibus ſuis: ⁊ p
tranſiit portam ferream: ⁊ poſtea ait. Nunc
ſcio vere: quia miſit dominus angelum ſuū
⁊ liberauit me de tenebris: ⁊ de omni ex-
pectatione plebis iudeorum. Ita moraliter
peccator eſt vinctus cathenis peccatorum:
⁊ ſolui nō poteſt: quia tenebre ſunt in habi-
taculo cordis: expectat eum populus infer-
norum vt tradatur ad eternam mortem: ſȝ
mittit dominus ſpiritum ſanctuȝ: vt ſurgat
⁊ ſequatur eum extra portam ferreaȝ: ⁊ dū
ſurgit per peccati cōfeſſionē ſoluitur cathe-
na vitiorū quādo ſacerdos ponit manū ſu-
pra caput eius: ⁊ reſtituit in priſtinā gratiaȝ
tunc vadens bene poteſt cogitare retrorſuȝ
ad vitia dicens. Nunc ſcio vere: quia miſit
dn̄s gratiā ſp̄uſſancti: ⁊ liberatus ſuȝ ab oī
expectatione plebis infernorū: q̄ꝛ ſi mortu-
us eſſem in talibus peccatis eternaliter dā
natus fuiſſem. Unde Augu. in ſoliloquio.
Conuerſus vidit tenebras in quibus fuerā
⁊ abyſſum peccatorū: in quo iacueram ve te
nebris in quibus celum non vidi: nec me co
gnoui ⁊ te dn̄m dereliqui qui es lux vera:
ſic patet ꝙ gratia ſp̄uſſancti d̄r lux: ideo lux
venit in mūdum. Tertio iuſtus homo dicit
lux. vn̄ Mat. v. Dn̄s dixit ad diſcip os ⁊ ad
omnes iuſtos. Uos eſtis lux mundi. quare:
q̄ꝛ lux multiplicat fructus. Quanto eīm ter-
ra magis habet de luce tanto plus habȝ de
fructibus bonis. vnde alique valles vbi nō
eſt lux: ibi nō eſt fructus. Itē lux multo plus
cōicat aliis q̄ ſibiipſi: ita iuſtus cōicat gra-
tiam ſibi a deo datā aliis cuȝ dilectione. vn
de ait Sapientie. vii. Gratiam quaȝ habeo
ſine inuidia cōmunico: ⁊ honeſtatem illius
non abſcondo. Item manifeſtat ſeipſam nō
eſt neceſſe luceȝ abſcondere: ſed ponitur ſu
pra candelabruȝ: ita chriſtus poſuit fideles
in ſancta eccleſia: vbi alii videant eorum bo
na opera ⁊ prouocentur ad ſimilia. Unde
ait Mat. v. Sic luceāt opera veſtra bona vt
videntes glorificent patrem veſtrum qui in
celis eſt. Item q̄ꝛ lux lucet ad multas immū
ditias mundi: vt patet de ſole: ⁊ tamen non
maculatur: ita iuſtus homo inter infideles
peccatores predicat verbum dei ⁊ multos
peccatores videt ⁊ ſuperbos mūdi: ⁊ tamē
inde non maculatur in conſcientia ⁊ anima
Unde paulus ſcribit ad thimotheū diſcipu
lum ſuum dicens. i. Thimoth. iiii. Exemplū
eſto fidelium in verbo in conuerſatione ⁊c.
Et ad Tytum. ii. In omnibus teipſum pre
be exemplum bonorum operuȝ. Et Petrus
in canonica ſua. i. Petri. ii. Conuerſationem
veſtram inter gentes habentes bonam vt
emendentur qui vos videāt. Huius legimꝰ
figuram Exodi. xxvii. Dn̄s precepit moy-
ſi ⁊ ſuis: ſucceſſoribus ꝙ ſemper deberet

eſſe in tabernaculo vel i templo lucerna ardens ⁊ nunq̄ extingui. quā preſbyter tēpli deberet nutrire q̄ nō extingueretur oleum infundēdo. ꝓpter ea habet eccleſia ex antiqua lege q̄ in oībus eccleſijs cathedralibꝰ et religioſoꝝ habēt lucernas vel lampades que nūq̄ debent extingui. Ita ſpiritualiter lumen iuſticie iuſti homis nūq̄ debꝫ extingui in templo cōſcientie vt aīa videat opera deifica ⁊ ſemꝑ debet infundi oleum pietatis vt nō extinguat̄: ⁊ tūc talis iuſtꝰ i cuiꝰ corde eſt lampas charitatis ⁊ infunditur oleū humilitatis: debet cōicare omibus intrātibus eccleſiam ſuū lumen ꝑ exēpla bona: inſtructiones bonas: ⁊ ꝑ orationes deuotas: ſic lux. i. iuſtus multiplicat fructus bonoꝛuꝫ operum ⁊ multis prodeſt ad laudē dei. vñ Grego. Illa virtus plures edificat ⁊ nobis gloriam eternā miniſtrat que in humilitate nutrimentū habet. vt ptꝫ de virginibꝰ q̄nq̄ prudētibus, que habuerūt lampades ardentes: ideo intromiſſe ſunt ad ianuā vite eterne: ſed quinq̄ fatue nō habentes lāpades charitatis: nec oleū humilitatis expulſe ſunt ⁊ porte clauſe ſunt ante eas. ⁊ ſic ptꝫ q̄ homo iuſtus dr̄ lux. ideo lux venit in mūdum. Quarto lux dr̄ gloria eterna. Eſa. lx. Erit dñs populo ſuo gloria i lucē ſempiternam. Et ratio eſt: q2 ſicut lux miniſtrat vitā ita gloria eterna miniſtrat vitā eternaꝫ. vñ ait in pſal. Emitte lucem tuā ⁊ veritatē tuā ipa me deducu. ⁊ adducerunt in montem ſctm̄ tuum. Item q2 lux letificat: vt ptꝫ de auibꝰ que ſedent in tenebris ⁊ nō letātur. ſed aduenīēte luce tunc cantant ⁊ letant̄: ita anie electoꝝ hic in tenebris mūdi nō ſunt lete: ſꝫ venientes ad lucem eternā gaudent ⁊ letātur. Huius legimus figuram. Ezech. xlvij. dicit Ezechiel. Uidi ⁊ ecce aque egrediebātur ſub lumie domus dei vbi erat claritas immenſa: ⁊ aque deſcendebāt in templū. ⁊ facies domus verſa fuit in orientē: ⁊ aq̄ ſplēdebant vt criſtallus cuius impetus fluminis letificat ciuitatē dei. Ita moraliter per hāc aquam egredientē de domo dei vbi tāta fuit lux claritatis nota gaudiū electoꝝ: nā fluminis eius impetus letificat ciuitatē dei. i. vitaꝫ eternā vbi oēs gaudent vñ ait. Sap. x. Dedi iuſtis ⁊ electis claritatē eternā. vt luceant corā deo in lumie viuentium.

¶ Feria. iij. Sermo. xxxix.

**Ego ſum oſtium per me** ſi quis introierit ſaluabitur. Jo. x. Uñ notanduꝫ q̄ deus pater ab initio duos ordines tanq̄ in duobus clauſtris ordinauit. vnum in paradiſo terreſtrialium in celo. Sed de clauſtro innocentie apoſtatauit homo quando expulſus ꝓpter peccatum fuit de paradiſo de clauſtro ſuperiori apoſtatauit angelus lucifer cum ſuis Sed deus pater miſit ꝓpꝛium filium vt reuocaret hominē tanq̄ ouem errantez ſine paſtore. vñ dauid. Erraui ſicut ouiſque pe. Sed quare nō reuocauit apoſtataꝫ qui cecidit de ſupremo ordine. ſ. luciferum cū ſuis Ratio eſt q̄ homo erat fragilis nature q2 de terra formatus: ideo magis ei compatiebatur. ergo homo petiuit humiliter deū patrem pro reuocatione ⁊ liberatiōe. vt ptꝫ de ſanctis patriarchis ⁊ ꝓphetis. Sed de humilitate demonis nullius legitur: q2 induratus eſt in ſua ſuꝑbia q̄ noluit ſe humiliare: erga ſuum creatorem: ſicut legitur de ſancto Machario abbate qui oꝛauit pro demonibus vt eos recipet ad gratiam ⁊ cōpatiebatur eoꝝ miſerie. Reſpondit ei deꝰ. Si vellent ſe humiliare ⁊ veniam petere reciperem eos ad gratiā. Tunc poſtea apparuit ei dyabolus interrogās eum qui reſpōderat ei dñs: dixit. Si velles te humiliare ⁊ veniam petere. Reſpōdit dyabolus. Hoc nullo modo faciam ſed deꝰ dꝫ ſe coꝛam nobis humiliare: q2 iniuriam nobis fecit. Et ergo chꝛiſtus ſolum nobis miſſus eſt ad illos reuocandos qui ſe humiliant ⁊ penitentiam agunt: ⁊ iſti ꝑtinent ad cōgregationē diuine hereditatis ad quā ſumus vocati. ⁊ hoc pꝫ in euange. hodierno. Dixit ieſus diſci. ſuis Amē amen dico vobis. i. vere. Qui nō itrat per oſtium humilitatis in ouile cōgregationis fidelium ſed aliūde: videlꝫ ꝑ viā ſuꝑbie et incredulitatis aſcēdit. ille eſt fur ⁊ latro. Qui autē intrat per oſtium vere fidei huic oſtiarius aꝑit qui eſt chꝛiſtus. ⁊ oues. i. fideles quos reuocauit audiēt vocē eius: ſcꝫ ſue predicationis: ⁊ ꝓpꝛias oues quas pꝛimitꝰ vocauit videlꝫ duodecim apoſtolos vocat noīatim ⁊ ipas educit. ⁊ cum ꝓpꝛias oues. i. apoſtolos emiſerit vadit ante eas ꝑ ſpm̄ ſctm̄ eos confortādo. ⁊ vocē eius audiunt ⁊ ſequuntur. alienum nō ſequūtur. i. dyaboli inſidias ſed fugiunt ab eo: q2 nō nouerunt vocem alienoꝝ. Hoc ꝓuerbium dixit eis ieſus de reuocatione humilitatis. Illi non intellexerunt eū quid loquebat̄ eis. Item dixit eis. Amē amē dico vobis. i. vere. Ego ſum oſtiuꝫ. Oēs quotquot ante me fuerūt fures ſūt ⁊ latrones ſicut ſūt dyabolus ⁊ mūdus. ſed nō audierūt eos oues. i. ſcti ꝓphe ⁊ electi dei. Per me ſi quis introierit ſaluabit̄ ⁊ paſcua inueniet ſiue egrediendo ſiue ingre-

diendo: egrediendo de hoc mundo ad patrem. Fur: id eſt dyabolus nō venit niſi vt mactet ꝛ furetur oues ꝛ perdat condēnādo Ego veni vt vitam habeāt: ꝛ abūdanti9 habeant poſt hanc vitaꝫ in eternitate. Ad thema. Ego ſum oſtium ꝑ me ſi quis introierit ſaluabitur. Joh. x. Sunt em̄ quattuor ꝑtes mundi que habēt ſuas portas Oriens habꝫ tres. Occidens habet tres. Meridionalis tres. Septētrionalis tres per has tres portas oportet nos intrare in gaudiuꝫ celeſtis patrie. Huius figuram legimus. Apoc. xxi. Uenit ad me vnus de ſeptē angelis ꝛ dixit mihi. Ueni oſtendam tibi ciuitatē nouā hieruſalem ſupnam ꝛ claritatem eius ſplendētem: ꝛ lapides precioſi erant in circuitu ei9 et habebant murū altum. ꝛ portas duodecim tres ab oriente tres ab occidēte. tres ab auſtro: tres ab aquilone. Jta ſpūaliter per hāc ciuitatem hieruſalē nouā nota celeſtem patriam. cuius claritatis lumē eſt ita magnū ꝙ ſplendet a facie dei ꝙ nō indiget ſole neqꝫ luna. Murus ei9 altus: qꝛ neqꝫ clamor neqꝫ mors neqꝫ diſcordia poſſunt intrare. habet hec ciuitas duodecim portas ꝑ q̄s oportet vnūquēqꝫ intrare. Prima pars illius ciuitatis eſt oriens ꝛ habet tres portas. Prima vocatur natiuitas homis. Nam per primam portā tranſit homo cū naſcitur in mūdum nudus pauper ꝛ in miſeria ꝛ in dolore Und̄ ait Job. i. Nudus egreſſus ſum ab vtero matris mee. ꝛ nudus reuertar illuc. Jnter om̄s em̄ creaturas pauperior naſcitur homo: mēdicat etem̄ lanam de oue linū de terra. corium de equo vel boue. piſces de aq̄ et ſic de alijs ꝛ ſic in paupertate. nuditate ꝛ miſeria intrat per portam primam. Secunda ab oriente natiuitatis eſt porta baptiſmatis. q̄ eſt ianua ꝛ porta ſalutis. Prio em̄ quando homo ꝑ illam tranſit ibi abſoluitur ab omnibus pctīs originalibus ꝛ ibideꝫ renunciat ꝛ abnegat diabolo ꝛ pompis eius ꝛ facit omagium ipſi deo ꝛ angelis eius. Un̄ Aug. Baptiſmus eſt pr̄ma porta gratie ꝛ miſericordie ꝛ oīum ſacrorūꝫ pr̄mus introitus Tertia porta ab oriente eſt cōfirmatōis. vn̄ cōfirmatio a ſanctis patribus inſtituta eſt. qꝛ quando homo incipit florere in ꝟtutib9 a tribus ſtatim impugnatur. videlicet dyabolo mundo ꝛ ꝓpria carne: ſed debet cōfirmari in omni bono ſicut ep̄us ſupra ſanctū oleum ꝛ chryſma multas legit benedictōes vt illa cōfirmatio fiat homini defenſio ꝯtra demonem mundū ꝛ carnē. Et hec cōfirmatio venit ex antiqua lege. Nam legimus. i. Regum. ix. quādo filij iſrael intrauerūt terram ꝓmiſſionis ꝑ mare rubrum ꝛ ꝑ iordanem ad poſſidendam eam fuerunt multipliciter impugnati ab inimicis: ſed venerūt ſeniores ad ꝓphetam dn̄i ſamuelē ꝛ petierūt vt vngeret eis regeꝫ. qui orauit dn̄m vt mitteret ſibi vnum quem vngeret eis. ꝛ miſit ſibi dn̄s ſaul iuuenē fortē ꝛ elegantis forme ꝛ ſtature. quem ꝓpheta duxit per portas tabernaculi ꝛ in cornu altaris vngebat ipſuꝫ chryſmate in regem dicens. pugna fortiter bella q̄ tibi euenient. Jta ſpūaliter quando homo venit pr̄mo per duas portas natiuitatis ꝛ iordanis baptiſmatis: ꝛ in mundo incipit florere: tunc multis impugnationibus tribulatur. nunc a mundo. nunc a dyabolo. nunc a ꝓpria carne. debet ergo duci ad epiſcopum vt vngat ipſum in regem virtutum. vt viriliter pugnet contra vitia. ꝛ cū dyabolus videt ꝙ chryſmate eſt vnctus tanq̄ꝫ rex fugit: idō a ſanctis patribus ꝛ prophetis noue legis eſt hec confirmatio inuenta: ꝛ ſic ꝑ tranſiuit homo per tres portas. Secunda pars ciuitatis hieruſalem habet tres portas: ꝛ fuit aquilo: per iſtam portam tranſit ad infernum: qꝛ ait. Hiere. ab aquilone pādetur omne malum: quando em̄ homo peccat mortaliter: tunc vadit ad portas eterne dānationis. debꝫ igitur peccator reuerti de portis pctōrum: ꝛ ire per tres portas. q̄ vadunt ad ciuitatē hieruſalē. Prima eſt cōtritio cordis. Nā ſm̄ doc. Cōtritio eſt dolor voluntarie aſſumptus ꝑ pctīs cū ꝓpoſito cōfitēdi: ſatiſfaciēdi. Nā quādo hō hꝫ veraꝫ contritionē cordis: tūc vadit per primaꝫ portā. vnde anima deuota dicit Canti. vi. Herbe bone dederunt odorem in portis. i. bone cogitationes de peccatis. Secunda porta ab aquilone eſt cōfeſſio oris. vnde ſm̄ Ray. Cōfeſſio eſt legitima coram ſacerdote peccati declaratio. Aug. in lib. de peni. Cōfeſſio eſt ſalus animarū: diſſipat vitiorū: reſtauratrix virtutum: oppugnatrix demonū. Quid plura: obſtruxit os inferni ꝛ portas aperuit paradiſi. Unde quādo homo pure confitetur omnia peccata que vnq̄ꝫ fecit ꝛ abſoluitur a confeſſore: tunc vadit per ſecundam portam ad ciuitatem hieruſalem. vn̄ ait in pſ. Jntroite portas eius in cōfeſſione. Tertia porta ab aquilone. i. a peccatis eſt porta ſatiſfactionis. Satiſfacere quid ſit. dicit Anſel. in lib. iiij. Cur deus homo. Satiſfacere eſt deo honorem debitum reddere. Et Ray. Satiſfactio conſiſtit in tribus: ſcꝫ oratione: ieiunio: ꝛ elemoſyna: per orationem homo ſatiſfacere poteſt contra ſuperbiam: ꝑ ieiunium contra carnis concupiſcentiam: per

elemoſynam contra auaritiam. quia per ie
iunium homo ordinatur in ſeipſo. per ele=
moſynam ad proximum. per orationem in
deum. Nam quando homo penitentiam ſi
bi iniūctam impleuit: tunc iuit per tertiaȝ
portam de peccatis. vnde Eſa. xxvi. Aperi=
te portas ⁊ ingredietur gens iuſta. Tertia
pars ciuitatis eſt ab occidente. ⁊ hec ſignifi
cat mortem hominis: nam ibi ſol occidit. i.
vita noſtra ſubtus terram. et hec pars ha=
bet tres portas per quas homo vadit in
mortem. Prima porta eſt amariſſime mor=
tis. nam anima hominis egreditur de orē
per amariſſimam ſeparationem: ſicut vide
mus ꝙ in ſeparatione anime oīa mēbra
patiuntur oculi etiam vertuntur ⁊ ſic tunc
anima vadit ad primam portaȝ occidenta
lem. de iſta porta dicitur in pſal. Appropin
quauerunt vſ ad portas mortis. Secun=
da porta quod quādo anima iudicatur in
ictu oculi quando angeli veniūt ⁊ adducūt
bona opera eius ⁊ demones opera mala: ⁊
quando iudicatur ad ſaluandum per eter=
nam vitam: tunc bene poteſt verificari illō
in puer. vlt. ca. Laudent eum in portis ope
ra eius: quia opera eorum ſequuntur illos
Tertia porta eſt purgatorij per quam ali
quos homīes oportet ꝑtranſire: ſed tamen
aliqui nō diu ibi manent: ſed aliqui valde
diu ibi manēt. Qui clamant iſtud Job. xix.
Miſeremini mei miſeremini mei ſalteȝ vos
amici mei ſuccurrite mihi vt cito poſſiȝ trā
ſire per hanc portam purgatorij. De iſtis
ait. Job. xxxviij. Nunquid aperte ſunt tibi
porte mortis ⁊ oſtia tenebroſa vidiſti i pur
gatorio. tunc per penas quas ibi patit frā=
git portas ferreas. De quibꝰ in pſal. Con
triuit portas ereas. ⁊ vectes ferreos confre
git. Quarta pars ciuitatis hieruſalem fuit
ab auſtro et habuit portas tres. He porte
ſunt introitus ad eternum gaudiū. Primꝰ
eſt introitus ad felicitatē oīum electorum:
nam qñ intrāt cōſortium eoꝝ tūc ibūt ꝑ pri=
mam portā. Unde legimꝰ figuram in li. Ju
dith. xiij. ꝙ dña iudith exiuit de nocte ciui=
tatem bethuliā cuȝ ſua ancilla ⁊ iuit ꝑ vias
tenebroſas ⁊ deuicit holofernē. ⁊ tūc de ma
ne venit ad portas ciuitatis ⁊ ait. Aperite
nobis portas qꝛ nobiſcū eſt deus. Ita ſpūa
liter aīa egrediēs de corpore per vias tene
broſas purgatorij vincit holofernem. i. dya
bolū qui aīam multū vexat in purgatorio
donec ipa ſatiſfaciat ibi ꝓ oībus pctis ſuis
tūc aīa purgata ⁊ victo holoferne i. dyabo
lo pōt bñ dicere ad angelos. Aperite nobis
portas regni celeſtis qꝛ nobiſcum eſt deus.
Vicimus enim holofernem ⁊ omēs penas
mundi ⁊ purgatorij ⁊ ſic ibit ꝑ primam por
tam. Scd͡a porta eſt virgo glorioſa quaȝ vi=
det velut reginam celorum ⁊ dñam angelo
rum que eſt porta mīe: ꝑ quam peccatores
poſſunt intrare. Uñ de ea canit eccleſia Tu
regis alti ianua ⁊ porta lucis fulgida. tu vir
go maria. Tertia porta eſt altiſſime deita=
tis apparentia ⁊ claritatis refulgentia que
aperitur quando homo clarificatus deum
videbit facie ad faciem. ꝺ iſta porta dicitur
in pſal. Hec porta domini iuſti intrabunt ꝑ
eam. Per hanc igitur portam ſi quis intro
ierit ſaluabitur ⁊ paſcua inueniet: id eſt de=
lectationem in diuina facie. Ergo ad the=
ma. Ego ſum oſtium per me ſi quis introie
rit ſaluabitur. Quod nobis concedat pa=
ter ⁊ filius ⁊c.

¶ De ſancta trinitate. Sermo. xl.

o Altitudo diuitiarū ſa
pientie ⁊ ſciētie dei ꝙ̄ incompre
henſibilia ſunt iudicia eius ⁊ in
ueſtigabiles vie eius. ad Roma. xi. qꝛ Ariſ.
ait. Oēs homīes naturaliter ſcire deſide=
rant multarum rerum differētias. tamē ali
que res ſunt que nullus hoīʒ plene inueſti=
gare valet. que ſunt trium pſonaruȝ vnitas
et tamē trinitas. nam multi voluerūt ſcire
ad plenum ⁊ aſcenderunt multos montes
et deſcēderunt valles: ⁊ quanto profundiꝰ
inueſtigabant ⁊ quanto altius cogitabant
tanto minus ſcire ad perfectam noticiam
poterant. ideo ait dauid in pſal. Defecerūt
ſcrutantes ſcrutinio. Accedet homo ad cor
altum videlicȝ cogitando ⁊ exaltabitur deꝰ
in cōtemplando. Debemus tamen lauda=
re tria opera trium perſonarum: que vide=
mus manifeſte. Primo opus patris ꝙ crea=
uit celum ⁊ terram. Unde ait Auguſtinus
Si talem creatorem viderem qui taleȝ ter=
ram ⁊ tale celum poſſet creare vellem dice=
re ꝙ eſſet pater. Scd͡o opus filij ſue redēp=
tionis qui nos redemit ſuo precioſo ſangui
ne vt teſtimonium nobis perhibent qui vi=
derunt ⁊ audierunt. Tertio opus ſpiritus=
ſancti ſue illuminationis qui illuminat cor
da ſanctorum ꝓphetarum ⁊ apoſtolorū: vt
pꝫ manifeſte in ſignis ⁊ miraculis. Sȝ quo
modo hi tres vnum ſunt: et tamē tres ſunt
hoc nullus ꝑfecte ſcire pōt: qꝛ nimis ꝓfun=
de facte ſunt cogitationes eiꝰ. Uir inſipiēs
non cognoſcet: ſtultus nō intelliget hec nec
ſapiens huius mūdi. Sed poſt hanc vitam
videbimus eum facie ad faciem. Ideo ait
paulus apl's i themate. O altitudo diuitia

rum ꝛc. Nota ꝙ quattuoꝛ ſunt inueſtigan=
da de trinitate. Primo quō ſit ĩ veteri teſta=
mento declarata. Secūdo quomodo ſit in
nouo teſtamento vel lege demōſtrata. Ter
tio quomodo ſit in naturis rerum manife=
ſtata. Quarto quomodo ſignis miracu=
loꝛum ſit confirmata. Primo dico ꝙ bea=
ta trinitas poteſt a nobis ĩueſtigari quo ſit
in veteri teſtamēto declarata. Et hoc qua=
druplici ratione. Nam primū teſtimonium
fuit Eſaias qui vidit dominuꝫ ſedentē ſup
ſolium excelſum ꝛ eleuatum. quē adoꝛauit
omnis terra: ꝛ duo angeli ſtabant ex vtra=
ꝗ parte ꝛ clamabant ſanctus ſctūs ſanctꝰ
dominus deus ſabaoth: ꝛ hoc ē teſtimoniū
primum. Secundum teſtimoniuꝫ antique
legis eſt Abrae patriarche qui ſedit ĩ oſtio
tabernaculi ꝛ vidit tres ſtantes ꝓpe eum.
tres vidit ꝛ vnum adoꝛauit. Hec oſtenſio fu
it ſibi reuelata. Nam vidit tres perſonas ꝛ
tamē niſi vnam perſonam adoꝛauit. ꝛ peti
uit ꝛ exaudita eſt oꝛatio eius. q. d. Tres ſūt
ꝑſone in diuinis ſed tñ vnꝰ eſt adoꝛandus:
et ꝗuis diſtincta ſunt opera tamē eſt vnus
deus. Tertium teſtimonium antique legis
eſt Dauid ꝓphete in pſal. dicētis. Bñdicat
nos deus deꝰ noſter benedicat nos deus ꝛ
metuant eum oīs fines terre. In illa aucto
ritate manifeſte oſtēdit trinitatē ꝑſonaruꝫ
et vnitatem ſubſtantie. vnō ait. Benedicat
nos deus pater bñdicat nos deus filiꝰ. bñ=
dicat nos deus ſpūſſanctus. Ecce manife=
ſte ponit tres ꝑſonas: ſed vnitatē aperte ex
primit in vltio vbi dicit. ꝛ metuāt eū oīs fi
nes terre. Quartū antique legis eſt ipſius
ſapiētis qui dicit Eccleſi. xliij. ſol tripliciter
exurit mōtes: p montes intelligūtur choꝛi
angeloꝛuꝫ: vt ait in pſ. Montes in circuitu
eius: naꝫ pater ſua claritate deitatis exurit
montes angeloꝛū igne diuine claritatis fili
us exurit mōtes. i. contēplatiuos radio con
tēplationis. Spūſſanctus comburit mōtes
ꝛ exurit mētes ſanctoꝛum eos ſapientia ſua
illuſtrando. Et ſic quadruplex teſtimonium
habemus de trinitate antique legis ꝗuis ĩ
ueſtigabiles ſunt vie eius. Secundo beata
trinitas a nobis pōt inueſtigari: quō ſit in
noua lege demonſtrata. ꝛ hoc ſimiliter qua
druplici rōne. Primū teſtimoniū trinitatis
noue legis eſt xp̄i dñi dicentis Mar. vlt. Di
xit dñs ad diſcipulos: quando celos voluit
aſcēdere. Ite in oꝛbē vniuerſum: ꝛ predicate
euāgeliū omni creature. i. homini baptizā=
tes eos in noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti vbi
manifeſte exprimit trinitatē. Et dixit beatꝰ
philippus ad ieſum. Dñe oſtende nobis pa
trē ꝛ ſufficit nobis. Rñdit dñs. Philippe ego
ꝛ pater vnum ſumus. qui videt me videt et
patrem meū: ꝛ ſpm̄ ſanctum mittaꝫ vobis a
patre ꝛ filio procedentem. Secūdum teſti=
moniū eſt iohānis euāgeliſte. vnde dicit in
Apoc. iiij. Uidi ante thronū quattuoꝛ ani=
malia ꝛ in circuitu throni angeli die ac nocte
cantabāt: ſanctus: ſanctus: ſanctus dñs de
us oīpotens qui eſt qui erat ꝛ qui venturus
eſt. ſanctus pater oīpīs qui erat ab eterno
ſanctus filius dñs qui venturus eſt iudica=
re viuos ꝛ moꝛtuos: ꝛ ſpūs ſanctus qui eſt
illuminatoꝛ: cōſolatoꝛ: viuificatoꝛ: ꝛ inflam
matoꝛ coꝛdis hominis in omni ĩ ope bono.
Tertium teſtimoniū eſt pauli apoſtoli dicē
tis Roma. xi. Et ipſo ꝛ per ipſuꝫ: ꝛ in ipſo ſūt
omnia. Ex ipſo tanꝗ̄ a patre creaturarum
omnium creatoꝛe: ꝛ per ipſum tanꝗ̄ per fi=
lium omniū redemptoꝛē: in ip̄o tanꝗ̄ in ſpi
ritu ſancto ſunt omnia diſtincta oꝛdinata ꝛ
illuminata creata ꝑ patrē: ꝛ illuminata per
ſpiritū ſanctum. ꝛ redempta per filiū. Quar
tum teſtimonium eſt de canonica iohannis
j. Johannis. v. qui dicit. Tres ſunt qui teſti
monium dant in celo. pater. ꝟbū ꝛ ſpūſſan=
ctus ꝛ hi tres vnū ſunt. In his ꝟbis deſcri=
bitur diuinarum ꝑſonaruꝫ diſtinctio. ꝛ hoc
ibi. Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo
Secundo ꝑſonarū vnitas. ꝛ hoc ibi. hi tres
vnum ſunt. In his excludit erroꝛ hereticoꝝ
quoꝛūdam qui dicunt ꝙ non ſunt tres ꝑſo=
ne in diuinis: ſed pater cū vult eſt filius ꝛ fi=
lius cum vult eſt pater. ſpūſſanctus cū vult
eſt filius. Et iō dicit. Tres ſunt. ꝛ hi tres vnū
ſunt. ꝛ ſic pꝫ teſtimonium quod inueſtigari
poteſt noue legis. Tertio beata trinitas po
teſt a nobis inueſtigari in rebus viſibilibus
ꝛ hoc ſimiliter in ꝗttuoꝛ. Primo in ſole ſplē
dente: quia ſicut in ſole natura ĩ oculus no=
ſter videt tria: ſcilicet quātitatem ſplendoꝛē
ꝛ ignem. Ita in tribus perſonis tantum eſt
vna eſſentia. Rotūditas ꝗtitatis ſignificat
patrem: quia id quod eſt rotundum non ha
bet principium neqꝫ finem. Splendoꝛ ſolis
ſignificat filium ſeu perſonam filij qui eſt
ſplendoꝛ a patre procedens ſicut lumen de
lumine. Ignis ſolis ſignificat ignem ſpūſſā
cti qui miſſus eſt apoſtolis in ſpecie ignis qꝛ
ſicut ſol habet inflammare vt germinet. ita
ignis ſpiritusſancti. Secundo poteſt in ſpe
culo viſibili demonſtrari. Nam ꝗtūcunqꝫ
ſpeculum magnum fuerit in ſe. tamen in eo
non reſplendet niſi vna ymago ſꝫ ſi diuidis
ſpeculū in tres partes in qualibet parte ap
paret eadem ymago. Ita in ſpeculo eterno
ipſius trinitatis videt ymago vna deitatis

ꝛ tamen ſunt ibi tres perſoue: ꝛ in qualibet
perſona refulget ſicut in alia. Tertio poteſt
oſtendi in fonte: fluente: nam ſicut fons flu-
ens emittit riuulum: ꝛ de riuulo qui proce-
dit de fonte ſit congregatio aquarum qui la
uat: mundat ꝛ potat: ita pater eſt fons ꝛ ori
go omnium creaturarum. Unde pſ. Siti-
uit anima mea ad deum fontem viuū: quā-
do veniā ꝛ appa. ꝛc. Sicut de fonte riuulus
ſic filius a patre. Sicut aquarū cōgregatio
procedit de fonte ꝛ de riuo: ita procedit ab
vtriſq̨ perſonis aqua ſpūſancti homies la
uans: mundans ꝛ creans. Unde Ezche. xx
xvi. Effundaȝ ſuper vos aquā mundā ꝛ mū
dabimini ab omnibus inquinamentis ve-
ſtris. Quarto demonſtratur beata trinitas
in re viſibili ſicut in vite. Nā vitis habȝ frō-
des flores: ꝛ fructus: ita anima humana ad
imagineȝ dei creata: ſicut ptȝ Geñ. i. Facia
mus hominē ad imaginē noſtram. Niſi ibi
fuiſſet beata trinitas dixiſſet vtiq̨. Faciam
hominē ad ꝛc. Et ſicut hec tria ſunt in vite
frondes: flores: ꝛ fructus: ita aīa habet me-
moriam: voluntatem ꝛ intellectū. Et iō ait
xp̄s. Joh. xv. Ego ſum vitis vera ꝛ vos pal-
mites: qui manet in me ꝛ ego in eo hic fert
fructum multum. ꝛ ſic patet ꝙ beata trini-
tas in perſonis. ꝛ vnitas in eſſentia eſt in re
bus viſibilibus demōſtrata. Quarto eſt be
ata trinitas miraculis cōfirmata. ꝛ hoc ſi-
militer quattuor miraculis. Primum eſt qͦ
narrat quidā doctor qui dicitur Eutropius
ꝙ cum quidā ſacerdos nō credēs ſanctā tri
nitatem eſſe in vnitate: deberet quendā pue
rum baptizare ꝛ peruertebat illa verba q̄
xp̄s docuit diſcipulos. Ite in orbem baptizā
tes eos in noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpūſancti per
uertebat aūt verba illa ꝛ dixit. baptizo te in
nomine patris per filium in ſpm̄ ſanctū. et
ſtatim aqua diſparuit ꝛ alius preſbyter ac-
ceſſit credens ꝛ baptizauit recte: tunc aqua
ibi reuerſa eſt: ꝛ coram omni populo factuȝ
eſt iſtud miraculum. Secūdum miraculum
narrat Sigibertus cum quidam ſacerdos
dubitaret: ꝛ ſtaret in altari legens miſſam
de trinitate. cogitans ꝙ non poſſet eſſe tri-
nitas perſonarum in vna eſſentia: ꝛ cū ſt a-
bat ſic cogitando ꝛ dubitando in memoria
ſtatim apparuerunt tres precioſi lapides
coram illo in altari: ꝛ in quolibet cornu al-
taris erat vnus lapis ex oppoſito: ꝛ in me-
dio tertius ꝛ ſtatim paulatim tranſibat in
vnum: ſcȝ medium: ꝛ erat vnus lapis precio
ſus. ꝛ ille ſtatim poſt miſſam faciens confeſ
ſionem retinuit lapidem iſtuȝ pro magnis
reliquijs et valuit infirmis ad medelam.

Tertium miraculum legimus in ſcholoſti-
ca hyſtoria: ꝙ i natiuitate chriſti tres ſoles
orti ſunt in oriente ac paulatim redacti in
vnum ſolem in ſignum ꝙ ante xp̄i natiuita
tem non erat niſi noticia vnius perſoue in
diuinis: ſcȝ patris. Sed nato chriſto tres p-
ſone fuerunt manifeſtande in vna eſſentia.
Quartum miraculum fuit beati auguſtini
nam ipſe voluit componere librum de trini
tate: ꝛ ibat iuxta mare cogitando: ſcȝ quali
ter poſſet componere ꝙ non erraret: ꝛ vidit
quendam puerum ſedere iuxta mare qui fa
ciebat foueam. ꝛ habuit coclear aureum vo
lens mare exhaurire in illam foueam. ꝛ Au
guſtinus mirabatur dicens: quid facis ſtu.
Reſpondit volo mare fundere in hanc foue
am. Rn̄dit hoc eſt ipoſſibile: ꝛ ait puer ita i-
poſſibile eſt te ſcire poſſe fundamentaliter
qͦ cogitaſti: ſȝ crede ſimpliciter ꝛ fides tua
ſaluum te faciet: ꝛ diſparuit ꝛc.

¶ De venerabili ſacramento.
Sermo. xli.

# Hic eſt panis qui de celo

deſcēdit. Joh. vi. Nota quādo ho
mo debet longaȝ viā ambulare: in
diget p via pane: qꝛ dr in pſ. Pāis cor hois
cōfirmat. Et rō eſt: qa ſemper agit calor na-
turalis in humidum: ꝛ iſta ſunt contraria:
ſcȝ ignis ꝛ aqua. Ita ignis naturalis ſemp
trahit ad ſe aquam humiditatis hoc eſt ſan
guinem vt digerat humidum quod inuenit
in homine: ꝛ niſi homo reciperet cibuȝ ꝛ po
tum ignis talis totum corpus conſumeret
vt patet quando aqua funditur ſuper cali-
dum lapidem: tunc ignis in lapide conſu-
mit aquam cito. Ita ſpiritualiter oportet
animam ambulare poſt hanc vitam ad lon
gam viam: videlicet celeſtis glorie: ideo in-
diget bona refectione anteq̨ exeat: ꝛ illa re
fectio eſt verbum dei ꝛ ſacramentum corpo
ris ꝛ ſanguinis chriſti: quia ſicut corpus vi-
uit cibo naturali: ita anima cibo ſpirituali
vnde ait dominus Math. iiij. Nō in ſolo pa
ne viuit homo: ſed etiam a cibo ſpirituali: id
eſt ſacramentali. Niſi igitur anima accipi-
at hunc panem ſanctum: tunc peccatuȝ qͦ
facit de die in diem: ſicut ignis cōſumit om
nes vires anime: ꝛ quando recedit de cor-
pore ꝛ nō accipit de iſto pane deficit in via
celeſtis gaudij. Ideo ait dominus in euan-
gelio hodierno diſcipulis ſuis ꝛ turbis iu-
deorum. Caro mea quam reliqui vobis in
memoriale mee paſſionis vere eſt cibus et
ſanguis quem conſecraui in calice de vino
q̄ ſignificat ſanguinē quē fudi in cruce. vere

eſt potus. Qui ergo digne mādųcat carnez
meā ⁊ bibit ſanguinē meum in me manet et
ego in illo. Et tunc ait diſcipulis in ſpeciali
Sicut miſit me pater viuens in deitate: ita
ego viuo propter patrem in eadez deitate. ⁊
qui manducat me viuet ꝓpter me. Hic eſt
panis qui de celo dſcēdit nō ſicut patres ve
ſtri manducauerūt māna in deſerto ⁊ mor
tui ſunt: qꝛ illud māna comedebāt propter
tēporalē eſuriē: ideo mortui ſunt: ſed q̄ mā-
ducat hūc panē quē ego vobis reliq̄ in me-
moriam meam non morieẗ in eternū: ſed vi
uet mecū eternaliter. Ergo ad thema. Hic
eſt panis qui de celo deſcēdit. Vn̄ iſte panis
ſacramētalis quattuoꝛ vtilia homini digne
ſumēti preſtat. Ideo ait apoſtolus in hodi-
erna epiſtola. i. Coꝝ. xi. Probet aūt ſeipſuz
vt ſit hō dign⁹ ⁊ ſic de pane illo edat et de
calice bibat. Pͥo a pctō purgat. Scđo gra
tiam donat. Tertio in tēptatione cōfortat
Quarto vitam eternā subminiſtrat. Primo
dico ꝙ corpus xp̄i digne ſumētib⁹ a peccatis
aiam purgat. vn̄ ait dn̄s Luce. xxij. Hoc eſt
corp⁹ meū qđ pro vobis tradeẗ i remiſſionē
oīum pctōꝝ. ⁊ hō quotidie peccat ſicut dr̄. i.
Joh. i. Si dixerim⁹ ꝙ pctm̄ nō habem⁹ nos
ipſos ſeducim⁹. ⁊ veritas in nobis nō eſt. iō
neceſſe ē quotidie panē ſanctū ſumere. Naz
in primitiua eccleſia xp̄iani oī die cōicabāt
⁊ ſe ꝑparabāt ⁊ tādē ꝑ mēſez ⁊ tandē ſemel
in anno. ita quilibz chꝛiſtian⁹ ad min⁹ ſemel
in anno cōicare dz. ⁊ ſi non faceret multuz
peccaret. ⁊ tandem aīa egrediēs moreretur
eternaliter. Qđ aūt a vicijs purgat legimus
figuram. i. Regum. xiiij. Qđ Jonathas pu-
gnauit contra inimicos ⁊ ex laboꝛe fuit feſ-
ſus ita ꝙ amiſit viſum ⁊ aſcendit montem
et inuenit mel ⁊ comedit ⁊ oculi eius ſunt il
luminati ⁊ iterū pugnauit ⁊ vicit inimicos
Ita ſpūaliter homo quotidie pugnat cōtra
vicia. videlicet dyabolū trahentē ad ſupbi-
am. mundū ad auariciā allicientē. ꝓpꝛiam
carnem pctō luxurie inficiētē de quo anima
hominis obſcurat in oculis cognitōnis. Dz
igitur talis aſcēdere ad montez ſancte vite
in quo eſt beneplacitū deo habitare in eo et
ibi inueniet dulcedinē mellis. quod apis. i.
ſpūſſanctus de celo poſuit ſup lapidez alta-
ris in benedictione ſacramēti ⁊ ſic aīa illu-
minabitur vt precaueat ſe ab omibus pctis
futuris. ⁊ doleat de pctis preteritis. ⁊ ſi cau
ta de pctis preſentib⁹. Et ideo ſacerdos in
altari facit inde mētionē poſt Pater noſter
dicens. Libera nos q̄s dn̄e ꝑ hoc ſacramen
tum a pctis preteritis preſentib⁹ ⁊ futuris.
Et ſic patet pͥmum ſacramentum xp̄i digne
ſumentibus ꝙ purgat a pctis. Secūdo coꝛ
pus xp̄i digne ſumēti gratiaz donat ⁊ aug-
mentat. vn̄ Sap̄. xvj. Preſtitiſti eis panē de
celo habentē omne delectamentū. Hui⁹ le-
gimus figuram. Exodi. xvj. Quod filij iſrael
de mane exierunt ⁊ colligebāt māna quod
cecidit cū roꝛe. ⁊ qui colligebat cum auaricia
volens multa apprehendere: eo min⁹ habe
bat. Et illud manna ſeruabatur in arca te-
ſtamenti in memoriā paſtoris. vt filij eoꝛuz
ſcirent mirabilia q̄ oſtēdit deus patrib⁹ eoꝝ
in deſerto. ita ſpūaliter exiſtēs in pctis mor
talibus eſt quaſi in tenebris noctis. q̄ dz de
mane exire. i. ſurgere cito ⁊ colligere māna ꝑ
grām ſancti ſpūs quod preſtat oēm ſapoꝛez
deuotis: ſed auaris nō ſapit ⁊ incredulis ſi
cut filijs iſrael aliquibus qui dixerunt. Vti-
nam mortui eſſemus in egypto vbi ſedeba-
mus ſup ollas carniuz. i. carnalia magis ſa
piunt eis q̄ ſpūalia. Et ſicut filij iſrael ha-
bebant māna in arca federis in memoriaz
mirabilium dei: ita etiam ſacerdos dz habe
re manna: ſcz ſacramentū in altari vel iuxta
altare. Nam ante arcam vbi erat māna fu-
it ꝓpiciatoꝛium: id eſt locus miſericoꝛdie:
vt quando fuerunt tribulati ibant ad arcā
vbi erat māna. ⁊ ibi oꝛabant dicentes. Re-
coꝛdare dn̄e q̄uo eduxiſti patres noſtros: et
quomodo cibaſti eos māna in deſerto. xl. an
nis ⁊ facies gratiā ⁊ miām per māna fideli
um quod ſacerdos benedicit i altari. Sed
multi ſunt heretici qui contra fidem dicunt
ꝙ bene credunt ꝙ xp̄s filius dei benedixit
ſed ꝙ ſacerdos homo peccabilis bn̄dicere
non pōt. Ad hoc reſpondet fides catholica
ꝙ verbū ſacerdotis non eſt ſacerdotis: ſed
eſt ipſius xp̄i. Sicut verba nuncij ſunt dn̄i q̄
mittit eū. Sicut eñ ad verba Moyſi virga
quā tenuit in manu in ictu oculi verſa eſt in
carnem: ⁊ omnis aqua in ſanguinem: ⁊ om
nis puluis terre in muſcas ex poteſtate mit
tentis ⁊ non facientis. Sic poſſibile eſt cre
denti ꝙ ad verbum ſacerdotis quaſi nun-
cij poſſunt hec fieri. Item ad verbum Joſue
ſol ſtetit retroꝛſum in celo tanq̄ nuncij dei er
go credenti preſtat gratiam: ⁊ non creden-
ti iram dei. vt pz de Pharaone qui noluit cre
dere: ideo ira dei deſcendit ſuper eum. ⁊ ſic
patet ꝙ panis xp̄i dat gratiam. Tertio di-
co ꝙ iſte panis ſacramentalis in tēptatiōe
confoꝛtat. Unde legim⁹ figurā. iij. Reg. xix.
Qđ propheta helyas ſedit ſub iunipero: et
petiuit vt moreretur ⁊ dormiuit ⁊ venit an
gelus domini ⁊ poꝛtauit ſibi panē ſubcine-
ricū ⁊ vas aque: qui ſurgens comedit ⁊ bi-
bit: ⁊ ambulauit in foꝛtitudie cibi illi⁹ vſq̄

ad montem dei oreb: ⁊ ibi loquebatur cum deo ſicut homo cum homine. Ita spūaliter dum homo temptat diuerſimode a nūcijs dyaboli: ſuſcitatur ab angelo vt fugiat a peccatis p penitentiã que figurat per iuniperum: q2 iuniperus eſt acuta. ita penitentia eſt ſatis dura ⁊ poſtq̃ in penitētia dura requieuit aīa ſurgat ⁊ comedat d celeſti pane ⁊ anima cōfortatur. ita q tempore mortis ambulabit in fortitudine cibi illi9 ſacramenti vſq; ad montem dei vbi deū clare videbit. Contra hūc autem articulum dicūt etiam infideles. Quomodo poteſt eē ſacramentum in tot locis om̄i die conſecrandū. Reſpondēt doctores ⁊ fideles q ſacramentum cōſecratur verbis xp̄i. ⁊ ſicut verbū cū loquitur diuiditur in mille aures. tamen in ſe eſt indiuiſibile: ita verba ſacramēti. Item dicunt quomodo poteſt tam magnum corpus chriſti ſicut pēdebat in cruce contineri ſub tali parua hoſtia. Reſpondent doctores et fideles eccleſie q ita magnū eſt corpus chriſti ſub hoſtia ſicut pendebat in cruce ⁊ natum de virgine. Et ponūt exemplū ſicut homo videt magnā turrim in paruo ſpeculo. ſi illud eſt poſſibile in creaturis: q̃to magis in ſubtilitate in diuinis. Item dicūt infideles chriſtiani om̄i die accipiunt corpus xp̄i ergo minuitur ⁊ deū comedūt. Rn̄det fides q caro xp̄i eſt ſub hoſtia ⁊ aīa ſub corpore q̃uis ei corpus comeditur tamē anima non leditur: ⁊ ſic igitur patet q corpus cū integra fidē ſumptum cōfortat aīaz in om̄ni bono opere ⁊ in fide ⁊ deducet animam poſt hanc vitam ad montē dei ēternitatis. Quarto corpus chriſti digne ſumptum preſtat ſumenti vitā eternā ⁊ vitam gratie. Un etiam ait dn̄s. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcēdi Si quis mādūcauerit ex hoc pane viuet in eternū. Huius legimus figurā in Gen̄. ij. q deus plātauit paradiſum ⁊ plātauit in medio paradiſi pulcherrimā arborē pducentē optimū fructum. Unde qn̄ homo comediſſet de illo fructu ante pctm̄ vixiſſet in eternū. Ideo poſuit dn̄s angelū ad cuſtodiendū hominē ne comederet de ligno vite vt non viueret in eternū poſt peccatū. Sed ſi comediſſet ante pctm̄ in ſtatu innocentie vixiſſet in eternū. Ita spūaliter ex quo deus tantam dignitatem preſtitit humano generi ⁊ illā amiſimus. voluit igitur ꝓpriū filiū plātare in medio ſcd̄i paradiſi q̄ eſt eccl̄ie tāq̃ arborē vite fructus vite afferentē. Fructus igitur ſecunde arboris xp̄i ſecundi paradiſi eccleſia eſt corp9 xp̄i quod ante pctm̄ homo debet comedere ſed poſt peccatū ꝓhibitus

Ita homo exiſtens in ſtatu innocētie ⁊ iuſticie debet corpus ieſu xp̄i accipe: ſed poſt peccatum nō debz accipe. niſi pus pniam agat ideo nō ſicut cibus corporis vtitur in corp9 hoīs ita cibus xp̄i. Unde beatus Aug. in ſoliloquio. O dn̄e cum accepero corpus tuum in ſacramēto tu nō mutaberis in me: ſz ego mutabor in te. hic p gratiā ⁊ charitatem in futuro per gloriam: q2 tu es charitas ⁊ qui accipit te in charitate in te manet ⁊ tu in eo. Et ſic patet q xp̄i corpus digne ſumēti vitā eternā preſtat. ergo hic eſt panis q̄ de celo deſcēdit. Si quis digne mādūcauerit viuet in eternum. Quod nobis concedat qui ſine fine viuit ⁊ regnat.

## ¶ Dn̄ica pma poſt trinitatis. ſmo. xliij.

Homo quidam erat diues ⁊ induebat purpura ⁊c. Lu. xvj. Sepe illud dn̄s qd docuit vbo poſt modū confirmauit exēplo. Superius quidem homines ab appetitu diuitiarum retraxerat: ⁊ ad faciendum elemoſynam inducebat. Phariſei autē qui erant auari eum deridebant: ideo hoc exēplum contra eos adduxit vbi verificatū eſt illud quod dixit dn̄s. Math. vij. q lata ē via ⁊ ſpacioſa que ducit ad perditionem: ⁊ arta quem ducit ad vitam. diues quidem iuit p latam viam. ⁊ ideo perditionem incurrit: lazarus autem per artam viam iuit. ⁊ ideo inuenit vitam. ſm Auguſtinum. Status hominis tripliciter conſideratur: ſcz in vita: i morte: ⁊ poſt mortem: quātum ad iſtum ſtatum deſcribitur hic diues ⁊ pauper. Primo ergo oſtenditur ſtatus hominis diuitis in vita qui fuit valde glorioſus: quia fuit i magnis diuitijs: delitijs ⁊ honoribus. Primo ergo fuit in magnis diuitijs. Eſſe autem diuitem non eſt culpabile. Deus enim diuites ⁊ potentes non abijcit cum ⁊ ipſe ſit potēs. Job. xxxvi. Et iuſti ⁊ ſancti diuites fuerunt qui deo placuerunt ſicut abrahā: ⁊ ceteri patriarche. Sed notandum eſt q circa diuitias culpa quattuor modis fieri poteſt aut auare tenendo: aut indebite exponēdo aut nimis diligendo: aut iniuſte acquirendo. Et quantum ad iſtos quattuor modos diuites reprehenſibiles inuenimus. vt p3 in euangelio. ⁊ ſaltē in tribus pmis iſte reprehenſibilis eſſe videtur. Primis diues q̄ auare retinebat eſt ille qui dixit Luce duodecimo. Anima mea habes multa bona re-

poſita in annos plurimos ꝛc. Talis erat ꝛ iſte diues qui auare retinebat diuitias ꝛ nihil alijs cõmunicare volebat. Legitur ꝙ cũ Alexander per quandam ſiluam pergeret et ipſe cum ſuo exercitu fere ſiti deficeret. quidam pro magno precio cyphũ aque ſibi dedit quem ipſe protinus effundit mandauit noluit enim ſolus bibere: poſtq̃ illud ſuis militibus nõ poterat cõmunicare. Contra dicit auarus. Eccle. xi. Inueni requiem mihi: ꝛ nunc mãducabo de bonis meis ſolus. Secundus diues fuit qui vane expẽdebat: ſicut filius ille ꝓdigus qui acceptam ſubſtantiam in vanitatibus cõſumpſit. vt habetur Luc. xv. Talis etiam fuit iſte diues qui expẽdebat in veſtibus curioſis ꝛ epulis delitioſis ſeu delicatis. Et tamẽ ſicut dicit Johãnes Criſo. deus diſpẽſatores diuitiarũ ſuarum voluit nos eſſe. per hoc enĩ manifeſte patet ꝙ diuitie nõ ſint proprie noſtre: ſʒ accommodate nobis: ꝛ ideo nos non debemus eas expendere ad noſtram voluntatem ſed ad fraternam neceſſitatem. ꝙ non ſunt proprie noſtre patet in morte. Si eniʒ canis duos homines ſequit̃ cuius ſit ignoratur. ſed cũ abinuicem ſepantur canis dñʒ ſuum imitatur. ſic due ꝑſone ſunt homo. ſ. et mundus. ꝛ cuius diuitie ſunt homis: aut mũdi ignoratur: ſed in morte diuitie remanent in mundo. Tertius diues fuit qui nimis diuitias diligebat. vt ille cui dominus dixit. vt habetur Luc. xviij. Omnia que hẽs vade ꝛ vende ꝛ da pauperibus ꝛc. Et ſequitur. his auditis contriſtatus eſt: quia diues erat valde. Talis iſte diues fuit qui diuitias nimis diligebat. Contra tales habetur i. Thi. vi. Qui volũt diuites fieri incidunt in temptatiões ꝛ in laqueũ dyaboli ꝛ deſideria multa. ꝛ inutilia ꝛ nociua que mergunt hominem in interitum ꝛ nos potius mergere debemus eas: ſicut refert Hiero. de ſocrate philoſopho qui collecto magno auri pondere proiecit in mare dicens. Abite peſſimi in ꝓfundum. i. male cupiditates. Ego vos mergam ne ipſe mergar a vobis. Quartus diues fuit qui iniuſte acquirebat. iſte fuit villicus iniquitatis qui de bonis domini ſui ditatus fuit. Luce. xvi. Contra tales dicit Aug. Res quas cupis muſcipula eſt cuʒ capis caperis. Tenes alienã teneris a dyabolo. Oſee. vij. Factus eſt effraim quaſi columba ſeducta nõ habens cor. Bene ſeducta: q2 cum auarus granũ aliene ſubſtantie vult cape a laqueo dyaboli capit̃. ꝛ bene nõ habens cor. ſ. in corpe ſʒ in archa. Secũdo fuit iſte diues in magnis honoribus: q2 induebatur purpura ad oſtentationem. Non tamẽ debet homo de veſtibꝰ gloriari. reſpiciendo ad pctm̃ ſuum: pctm̃ enĩ fuit cã veſtium: q2 homo ante pctm̃ nudus erat. nec veſte induebatur: q2 indutus erat veſte innocentie. Unde videmus ꝙ ſol nõ indiget veſtimẽto: q2 indutus eſt ſuo ſplendore. pſal. Amictus lumie ſicut veſtimẽto. Nec lilium q2 indutum eſt ſuo candore. Math. vi. Cõſiderate lilia agri quõ creſcunt nõ laborãt neq̃ nent. Dico aũt vobis q2 nec ſalomon in omĩ gloria ſua coop̃tus eſt ſicut vnum ex iſtis. Nec ager: q2 indutꝰ eſt ſuo virore. Lu. xij. Si autem fenum qđ hodie eſt ꝛ cras in clibanum mittitur deus ſic veſtit: quanto magis vos puſille fidei. nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes ꝛc. Homo ergo ante peccatum non indigebat veſtimento: quia ſupponendo ꝙ creatus fuit in gratia: ipſe ad inſtar ſolis indutus erat luce gratie ad inſtar lilij candore innocentie. ad inſtar agri virore virtutum. ſed perdita innocentia aduenit verecũdia. tunc deus homini veſtes pelliceas fecit. Homo per peccatum fuit vulneratus: excecatus. atq̃ in furto deprehenſus: ꝛ ideo tanq̃ vulnerato ligamen exhibuit. tanq̃ excecato velamen appoſuit ac tanq̃ furi cauterium impreſſit. Tale eſt ergo de pulchritudine veſtium gloriari quale eſſet ſi aliquis vulneratus gloriaretur de eo ꝙ haberet velamen ſericum ſuper vulnus. vel fur de eo ꝙ haberʒ pulchrum cauteriuʒ vel excecatus de eo ꝙ haberet velamen deauratum. Bernar. Qui gloriatur de veſte ſimilis eſt furi qui gloriatur de cauterio. Secundo non debet homo gloriari de veſtibus reſpiciendo ad ſubſtantiam ſuam. homo quidem eſt tanq̃ pomum in quo ſũt tria: ſcʒ cortex exterior. media ſubſtantia: ꝛ granum interius per corticem exteriorem: intelligitur habitus exterior: ſicut enim cortex pomi eſt albus aut rubeus: ſic homo in diuerſis coloribus veſtium delectatur. per ſubſtantiam pomi intelligitur corpus: per granum interius intelligitur anima dum vulgariter ipſum granum anima pomi appellatur. Stultus aũt eſſet ille homo qui totum pomũ alteri daret: ꝛ ſibi ſolum corticẽ retineret. tales ſũt vani glorioſi q̃ dant dyabolo corpus ꝛ ſibi ſolum retinent veſtimentum glorie vane. Sed aliqñ accidit ꝙ excorians pomũ corticem ꝑicit. ſubſtantiã comedit granũ ſpgit. ſic qñ homo ſupbꝰ moritur: veſtibus denudatur. caro a vermibꝰ comeditur ꝛ aĩa ꝑ diuerſas penas ſpgit̃. Tertio nõ debet homo gloriari in veſtibꝰ reſpi-

ciendo ad ſuum finem. qui em̄ induebatur veſtimento purpureo cito induet̃ ſacco vili ſſimo. Job. xvi. Saccū cōſui ſup cutē meā. qui induebat̃ molli byſſo cito induet̃ aſpero cilicio. pſal. Poſui veſtimētum meū cilicium. qui captio tunicarum ſuarum ornabat̃ τ fixit margaritas cito decorabit vermibus infinitis. Job. xxx. Qui me comedūt. ſ. vermes non dormiūt. a multitudine eorum cōſumitur veſtimētū. i. corpus meū. Tertio iſte diues fuit in magnis delitijs. qđ notatur cū dicit̃. Epulabat̃ quotidie ſplendide. Ei⁹ em̄ cōuiuia fuerūt lauta. ideo dr̄ epulabatur. Epule em̄ ſunt ab epulentia dicte. τ talia cōuiuia ducūt ad inopiā. Puer. xxi. Qui diligit epulas in egeſtate erit. Fuerūt continua: ideo dicitur quotidie. τ talia pdere faciunt tēperantiā. Prouer. xxiij. Noli eſſe in cōuiuijs potatorum τc. Fuerūt nimis delicata. ideo dicitur ſplēdide. τ talia generant luxuriā. grego. Celebrari cōuiuia ſine culpa vix pñt pene epulas ſemp comitat̃ voluptas. Nā cū corpus in refectione delectationis reſoluit̃ cor ad inane gaudiū relaxatur. ſtatus autē paupis fuit ſtatui diuitis oino cōtrari⁹. Ille em̄ fuit in diuiciarum vbertate. iſte in extrema pauptate. ille purpura τ byſſo amict⁹. iſte vlceribus circūdatus ille abūdauit delicijs iſte i digebat micis. Et ex his patiebat̃ grauē temptationē cordis. Jſta em̄ tria patiebat̃ iſte paup. ſ. extremā pauptatem. vlceroſā infirmitatē. τ grauē temptationē. τ tñ qđlibet iſtorum ſibi ſufficiebat ad penā: aut pauptas ſine ifirmitate: aut infirmitas ſine paupertate: aut grauis temptatio ſine vtroqꝫ. Jſta aūt tria tangit Greg. dicens. Quātus putam⁹ fratres chariſſimi tūc in corde pauperis tumultus tēptationis fuit. Certe ad penā poterat ſufficere pauptas vel egritudo: ſed vt pbaret̃ amplius ſimul habuit. et pauptate τ egritudine tabeſcere. Jtem ꝗſtas adhuc egenū τ vlceribus obeſum tēptationes creditis in ſua cogitatione toleraſſe cum ipſe egeret pane τ nō haberet nec ſanitatem. atqꝫ ante ſe diuitē cerneret ſalutē et diuitias habere tam voluptuoſe. Lazarus em̄ erat aurū dei. Margarita dei τ ſtella dei. Ut aūt ſibi pbaretur poſitū ē illud aurū in camino pauptatis: τ nō potuit corrumpi: poſita eſt illa margarita in ſterquilinio infirmitatis τ nō potuit infici. poſita eſt illa ſtella in nebula tēptationis τ nō potuit obſcurari. Sed modo abſtractū eſt illud aurum de camino. τ poſitū eſt in theſauro celeſti leuata eſt illa margarita de ſterqlinio et ordinata eſt in regis ornamento. purgata eſt illa ſtella ab omni nebula: τ data eſt nobis in exēplum. Poſito vtriuſqꝫ ſtatu añ mortē. ponit̃ vtriuſqꝫ ſtat⁹ poſt mortē: vterqꝫ quidē mortu⁹ eſt τ raptus: ſꝫ differenter Diues quidē mortu⁹ eſt triplici morte: ſcꝫ morte culpe dū eſſet in mūdo: qua ſepatur aīa a deo: morte nature qua ſepatur aīa de corpore pprio: τ morte gehēne qua ſepatur a viſione dei τ cōſortio bonorum. Lazar⁹ mortuus eſt vnica morte: ſcꝫ morte nature. Fuit aūt viu⁹ in mūdo p grām: modo viuit coram deo p gloriam. Uterqꝫ em̄ fuit de hoc mūdo raptus: ſed differēter. Nam lazarus eſt in ſinu abrae deportat⁹. Jſta aūt deportatio ab angelis facta eſt in tutamentū cuſtodie. pſal. Angelis ſuis mādauit de te τc. i ſignū reuerētie ſicut eſt i māib⁹ portāt̃ qñ ītroniſant̃ pš. Jn manib⁹ portabūt te τc. Et in ſignū leticie. Chry. Sufficiebat ad pauperem portādū vn⁹ angelus: ſed ppterea plures venūt vt choros letificēt. Diues velut parrochian⁹ dyaboli ad tumulū infernalem deduct⁹ eſt: τ ibi ſepult⁹. De qua ſepultura dr̄. Jere. xxij. Sepultura aſini ſepelietur Sepultura em̄ aſini talis eſt qꝫ excoriatur. et pellis a dño ſuo poſſidet̃: carnes a carnibus lacerant̃. τ oſſa pluuijs τ grādinib⁹ exponūtur. Sic etiā quādo aliquis diues moritur iniquus: parētes eius poſſidēt terrenā ſubſtantiā. vermes lacerant carnē ſuā ſupplicia infernalia torquēt aiam: que naturā oſſis habebit: τ cōſumi nūqꝫ poterit. Eccle. x. Cū morietur homo hereditabit ſerpētes ſcꝫ infernales. ꝗtum ad aiam: et beſtias. i. parētes vaſtātes terrenā ſubſtantiā: beſtia em̄ quaſi vaſtia dr̄. τ vermes corrodentes carnem ppriam. Tertio videndū eſt de ſtatu vtriuſqꝫ poſt mortē qui valde diſſimilis eſt. quia diues eſt in tormentis. τ paup in loco quieto. vnde dr̄. Eleuauit diues oculos ſuos cum eſſet in tormētis τc. Dicitur autem tormētum quaſi torquēs mētem. Torquebatur quidē diues de gloria Lazari quē videbat de ſua pena quam ſentiebat. τ de impoſſibilitate remedij deſperabat. pš. Peccator cum videbit: quo ad primū dentibus ſuis fremet τ tabeſcet: quo ad ſcđm deſiderium peccatorum peribit: quo ad tertium. Pauper aūt erat in loco quieto: ſcꝫ in ſinu Abrae. Dicitur aūt ſinus abrae locus ſuperior inferni habens aliquā lucē. Et dicitur ſinus ppter quietē τ tranquilitatē ſicut ſinum maris dicimus locū a vētis τ tēpeſtatibus quietū. Abrae aūt ſinus dr̄. qꝛ Abraam fuit prima via credendi: τ primus publice abraam predicauit fidem vnius. tantū

modo veri dei.

¶ Dominica ſecunda. Sermo.xiij.

Homo quidam fecit ce
nam magnam. Luce.xiiij. Nos
videmus quando aliquis ꝑn=
ceps voluerit aliquod honorabi
le conuiuium preparare debet quattuor cō=
ſiderare. Primo tēpus aptum ad ambulan
duz: vt iſti de longinquis inuitati poſſint in
vijs ambulare. Nam ſi eſſet aura pluuialis
vel hyems frigidiſſima: tunc nō poſſent am
bulare inuitati. Secūdo debz cōſiderare lo=
cum aptū ad ſedendū honorifice ſine preſ=
ſura inuitatis: nō ſolū ad menſam: ſed etiaz
ad iocū ⁊ gaudiū. Tertio debet de optimis
cibis ꝓuiſiōnē ordinare ⁊ de vino: qꝛ vinuz
letificat cor hoīs. Et iō in cōuiuijs preponi
tur hominibus vinū optimum qđ pōt habe
ri: vt letētur inuitati. Quarto debet cōſide=
rare qđ illud cōuiuium ſtet ꝑ aliqđ longum
tēpus: vt labor ⁊ ſeruitiū qđ inuitati exhibue
runt non perdatur. Hec quattuor conſide=
rauit xp̄s. Nam primo conſiderauit tempꝰ
quando voluit mittere nūcios. ⁊ ipſemet ve
nire ⁊ inuitare. ⁊ hoc eſt tēpus gratie ⁊ mīe.
Secundo conſiderauit locū: qꝛ locus vbi p̄=
parauit: ſcꝫ in celo eſt magnus ⁊ amenus.
Tertio quo ad cibos ordinauit ⁊ fecit ꝓui=
ſionem magnā. Quarto de diuturnitate: qꝛ
durabit iſta cena eternaliter. Et illa patent
in euāgelio ſequēti. Dixit ieſus diſcipulis ſu
is parabolam hanc. Homo quidā fecit cenā
magnā ⁊ vocauit multos: ⁊ miſit ſeruū ſuū
hora cene dicere inuitatis vt venirēt: qꝛ iaz
parata ſunt omnia: ⁊ ceperunt ſe excuſare.
Primus dixit ei villam emi: ⁊ neceſſe habeo
exire ⁊ videre illam. Rogo te habe me excu=
ſatum. Et alius dixit. Juga boum emi quin
ꝗ: ⁊ eo probare illa. Rogo te habe me excu
ſatum. Et alius dixit. Uxorem duxi. ⁊ iō nō
poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nūciauit
hec dn̄o ſuo. Tūc iratus paterfamilias di=
xit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciui
tatis ⁊ paupes ⁊ debiles: cecos ⁊ claudos i
troduc huc. Et ait ſeruus. Domine factum
eſt vt impaſti. i. iuſſiſti. ⁊ adhuc eſt locus va=
cuus. Et ait dn̄s ſeruo ſuo. Exi in vias ⁊ ſe=
pes ⁊ cōpelle intrare: vt impleatur domus
mea. Dico aūt vobis ꝙ nemo virorū illorū
qui vocati ſunt guſtabit cenam meā. Cena
iſta eſt gloria celeſtis quā homo xp̄us deus
preparauit ⁊ mittit ſuos p̄dicatores: vt ho=
mines vocēt ad cenā eterne glorie. Sed tria
genera excuſant ſe ꝓpter tria maxima pec=
cata. ſ. ſuperbi qui notātur per illū qui villā
emit. Secundi ſunt auari qui ſignificātur ꝑ
illū qui quinꝗ paria boum emit. Tertij ſunt
luxurioſi qui ſignificātur per illuz qui duxit
vxorem. Et ideo ſequitur. Dico vobis ꝙ ne=
mo illorū viroꝝ qui vocati ſunt guſtabit ce=
nam meā: qꝛ venire noluerūt. Nota ꝙ qua=
druplex eſt cena. Pria eſt peccati mortalis
qua diabolo peccator facit cenā. Secunda
infernalis qua diabolus inuitat peccatorē.
Tertia cena eſt ſpūalis gratie qua iuſtus in
uitat xp̄m. Quarta eſt cena eternalis glorie
qua xp̄s inuitat iuſtū. Prima cena eſt pecca=
ti mortalis qua peccator inuitat diabolum.
De iſta cena dicit Judith. xij. Qđ Holofer=
nes princeps militie fecit cenam in quarta
die exercitui ſuo in qua cena ipſe fuit inebri
atus: ⁊ perdidit vitā. Jta ſpūaliter Holofer
nes dicitur peccator qui fecit cenaz diabolo
in quarta die. Prima dies eſt ꝙ incipit acci
diari: ⁊ nō habꝫ gratiā eundi ad predicatio
nem: ad eccleſiam: ad miſſam: ⁊ ad cōfeſſio=
nem. Secunda dies eſt: quādo incipit cogi=
tare opa mala. Tertia dies eſt quādo ꝑficit
opus. Quarta dies eſt: quādo deſperat. tūc
diabolo eſt cena preparata ⁊ pompis eius.
Unde Jaco. i. Peccatū cū conſummatū fue
rit generat mortez: qꝛ tūc peccator moritur
in illa cena. ⁊ hoc in aīa. Un̄ Eccle. xiij. Con
fundet te in cibis ſuis donec exinaniat te bis
vel ter. Jn iſta cena peccati mortalis multi
pauperes irridētur: ⁊ labor ⁊ ſanguis deuo
rantur: ⁊ multi iuſti ſupplantātur ⁊ tradun
tur. Unde legimꝰ ꝙ ſanctus Johānes bap=
tiſta vēit de deſerto ⁊ predicauit regnuz dei
⁊ charitatiue arguebat Herodē ꝓpter hoc
ꝙ accepit vxorē fratris ſui dicēns. Peccaſti
quieſce: ⁊ fac penitētiam. Et herodes poſu=
it ipſum in carcerē ⁊ fecit cenā magnā ſuis
principibus: ⁊ in illa. cena fuit traditus ad
mortē homo iuſtus ꝓpter veritatem que de
us eſt: ſicut dixit in euangelio. Ego ſum ve=
ritas. Jta multi in ſancta eccleſia faciūt ce=
nas vbi veritas excluditur que veritas deꝰ
eſt: ⁊ falſitas itromittitur que diabolus eſt
⁊ ibi conſilium inuenitur quō iuſtus trada
tur ⁊ occidatur. De iſto dicitur i pſ̄. Sedet
in inſidijs cum diuitibus in occultis vt in=
terficiat innocentez ⁊ trucidet rectos corde:
a hic eſt diabolus qui cuz eis ſedet: ⁊ ideo ta
les qui ſunt iuſti ⁊ non ſedent in tali cena il=
los laudat Dauid in pſ̄. dicēs. Beatus vir
qui non abijt in conſilio impiorū. i. qui non
facit diabolo cenam ⁊ in via peccatoruz nō
ſtetit: qui ipſum inuitant: ⁊ in cathedra pe=
ſtilentie nō ſedit: vbi occiditur iuſtus. Et ſic
patet ꝙ peccator diabolo facit cenam. Secū

da cena eſt infernalis ad quā diabolus inui
tat peccatorem ⁊ preparat homini peccato
ri in anima. Nam ſicut ipſe dyabolum inui
tat hic. ſic dyabolus inuitat eum poſt mor-
tem ad cenam. vbi diuerſa cibaria prepat
peccatori. de iſta cena ſcriptum eſt Apoca
lip. xix. Ego Johannes vidi cenam tenebro
ſam. et venit angelus de celo ⁊ clamauit vo
ce magna. Venite aues celi comedite carnes
regū terre tunc volucres celi putridas car
nes comederunt hominum mortuorum.
Ita ſpiritualiter reges ⁊ pncipes terre ſūt
ſuperbi ⁊ auari comedentes pauperum ſu-
dorē ⁊ laborē: tunc tempore mortis clama
bit angelus de celo dicens. Vos volucres ce
li comedetis carnes regum. i. delectiones ⁊
animas eorum ſicut ipſi deuorauerunt iu-
ſtos. ita deuorabitis animas eorum eterna
liter cruciando. Iſta cena dyaboli figurata
eſt per iſtam cenam de qua legimus. Geñ.
xl. ꝙ magiſter piſtorū Pharaonis ſedebat
in carcere ⁊ vidit ꝙ habebat ſup caput ſuū
tria caniſtra ⁊ vnum excelſius alio. ⁊ ſup ea
omnes cibos qui poſſunt fieri arte piſtoria.
et aues celi venerunt ⁊ comederunt de capi
te ſuo. ⁊ illud videbatur ei in ſomnis. Et pꝰ
tres dies educitur de carcere ⁊ occiditur: et
volucres celi comederunt carnes. Ita mo-
raliter peccator faciens cenam dyabolo cū
peccatis hꝫ tria caniſtra: qꝛ cum tribus pec
catis maxime inuitat dyabolus. videlicet
pctō ſupbie. auaricie. ⁊ luxurie in quibꝰ ſūt
omia fercula. i. omia peccata in hiis comp-
hendūtur ⁊ vnum excelſius aliis. vicꝫ ſuper
bia que excellit vicia per tres dies. Prima di
es eſt natiuitatis. Secunda dies vite. Ter-
tia vero dies eſt dies mortis in qua dyabo-
lus aufert caput peccatoris. i. animā: et oc-
cidit peccatorem eterna dānatione: ⁊ volu-
cres celi. i. diaboli lacerabunt eam ⁊ morde
bunt morſu amariſſimo: vt dicit in pſ. De-
uorabunt eos aues morſu amariſſimo: ⁊ dē
tes beſtiarum. i. demonum immittā in eos
cum furore trahentium ſuper terram atqꝫ
ſerpentum. ⁊ ſic dabunt anime cenam pro
cena peccati eternaliter cruciando. Tertia
cena eſt ſpiritualis gratie vbi homo exiſtēs
facit xpo ⁊ angelis cenam in corde puro et
conſciētia mūda. De iſta cena dicitur Apo
ca. iij. Ego ſto ad oſtium cordis foris ⁊ pul-
ſo per inſpirationem: ⁊ ſi quis mihi aperue
rit introibo ⁊ cenabo cum eo. In hac cena
ſpūalis gratie triplex cibus debet apponi-
Primus eſt doctrine ſalutaris qui multum
reficit animam in bono cōfortando. Matt.
iiij. Non in ſolo pane viuit homo ⁊c. Iſte ci-
bus doctrine ſalutaris iam non curatur: et
tamen multi curant. Threñ. i. Populus ge-
mens ⁊ querens panem. Dederunt precio-
ſa queqꝫ pro cibo ad refocillandum animas
qꝛ ſine iſto cibo anima deficit. Secundus ci-
bus ſpūalis cene eſt cibus penitentie pſ. Ci
babis nos pane lachrymarū: ⁊ potū dabis
nobis in lachrymis in menſura. Et hic cibꝰ
penitentie debet eſſe in pondere. ſ. vt homo
ponderet peccata que fecit: ⁊ ſatiſfactionē
vt ſatiſfactio reſpondeat culpe. Ezech. iiij.
Cibus quo veſceris erit in pondere. Terti
us cibus eſt ſacramentalis: qꝛ datur de ma
nibus presbyteri qui ſtat in loco chriſti et
menſa eſt altare. vnde pſal. Paraſti in con-
ſpectu meo menſam. Eſt autem iſte cibus
illius cene corpus chriſti qui dicit Joha. vi.
Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi:
qui mandu. ⁊c. Iſta cena figuratur per illā
cenam qua xpus fecit in vltima cena quādo
voluit ire in mortem. De qua dicunt euāge-
liſte quattuor. Xpus fecit cenam cum diſci-
pulis ſuis. accepit panem ⁊ benedixit ⁊ de-
dit diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ come-
dite hoc facite in meā cōmeorationē ⁊c. Iſta
cena figurat in lib. ij. Eſdre. iij. Darius rex
fecit cenā purpuratis ⁊ nobilibus ſui regni
⁊ cibauit eos large ⁊ vnuſquiſqꝫ ad ſua pro-
pria remeauit. Ita anima deuota inuitauit
xpm ⁊ angelos per gratiā in cor ſuū. ⁊ ciba
uit eos p cibos ſpūalis vite. ⁊ vnuſquiſqꝫ ad
propria remeauit. i. xpus ad thronum ſuū
regalem ⁊ angeli ad loca ſua. Et ſic patꝫ ter
tia cena vbi anima xpm ⁊ angelos inuitauit
Quarta cena eſt cena eternalis glorie: vbi
xpus animas deuotā inuitauit dicens. Om-
nia parata ſunt. Et iſta cena eſt magna pro-
pter tria. Primo propter magnum principē
⁊ nobilem qui eam preparauit. Vñ pſ. Qui
magnus es tu ⁊c. deus ſolus. Secundo di-
citur magna: quia magna eſt ibi gloria. Vñ
dicitur in pſ. Gloria ⁊ diuitie in domo eius.
Tertio dicitur magna propter cōuiuantes.
vnde Apoc. vij. Vidi turbam magnam quā
dinumerare nemo poterat. exceptis āgelis
quorum non erat numerus. Cena iſta figu-
ratur in illa cena de qua legimus Heſter. i.
ꝙ rex Aſſuerus fecit cenam magnam ſuis
principibus in orto regali: ⁊ miſit ſeptem
nuncios pro vaſthi regina vt veniret ad re-
gem que venire noluit: ⁊ nuncios vacuos re
miſit. Tunc iratus rex poſt cenam vocauit
omnes potentes ⁊ dixit. Quid cōſulitis ego
vocaui reginam ad cenam meam quam pre
paraui vobis honorifice. ⁊ illa ſpreuit me.
⁊ miſit nuncios meos ſeptē vacuos. Reſpō-

derunt potentes dicentes. Dn̄e rex arguite eam vt vxores non faciant nobis ſimile. qui priuauit eam corona glorie ꝛ fecit eaȝ ancillam ꝛ aliam elegit in reginaȝ. Ita moraliter xp̄us deus noſter rex celi ꝛ terre fecit cenam magnam glorie ſuis principibus electis: vt dicit pſ. Principes populorum congregati ſunt cum deo abraā. Mittit omni die ſeptē nuncios ꝓ regina. i. ꝓ anima hominis q̄ eſſe deberet regina celi vt veniat. Primus ē ipſa pietas dei q̄ nobis multa dona tribuit. Unde in pſ. Oīa ſubiecisti ſub pedib⁹ ei⁹ oues ꝛ boues vniuerſas inſuper ꝛ pecora campi. Uolucres celi ꝛ piſces maris ꝛc. fructus terre ꝛ arborum. Secundus eſt miſericordia. vnde pſ. Miſericordia dn̄i plena eſt terra. Tertius nuncius eſt patientia. Un̄ apoſtolus ad Ro. ij. Patiētia dei expectat te vt conuertaris: ſed ſm̄ impenitens cor tuum theſaurizas tibi iram in nouiſſimo die q̄ꝛ venire noluiſti. Quartus nuncius eſt afflictio tēporalis. Unde ait in euangelio hodierno. Compelle intrare vt quos non poteſt vocare per miſericordiā ꝛ patientiā tandem mittit tribulationem vt veniat. Quintus nūci⁹ eſt ipſe dauid: q̄ꝛ ait. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex ſpeciem tuam. ꝛ veritas eſt. Sextus ſunt predicatores hodierni qui omni die clamant in predicationibus ad animā peccatriceȝ vt reuertatur. nunc arguunt. nunc ſupplicant. nunc cōminantur. nunc ꝓmittūt coronā dei. Cā. iiij. Ueni de libano. veni coronaberis. Septimus nuncius eſt miſſio angelorum cū tubis. ꝛ illos oporꝫ nos audire ꝛ ſurgere ꝛ venire cum tuba clanget. Surgite mortui venite ad iudicium. tunc ipſa anima peccatrix que iſtos ſeptem nūcios ſpreuit priuabitur corona ꝛ alia regina eligetur ꝛc. Rogemus deum ꝛc.

¶ Dominica tertia poſt trinitatis. Sermo. xliiij.

**Hic recipit peccatores** Luc. xv. Nota q̄ ꝓpter duo homo ſolet dimittere vnum locuȝ ꝛ ire ad alium ad habitanduȝ Et vnus dimittit vnum dominum ꝛ recurrit ad aliū. Primo quando homo in loco vbi habitat a dn̄o nimis affligitur ſicut filij iſrael relinquebant egyptum: vt patet Exo. ij. quia pharao nimis afflixit eos: q̄ꝛ oportebat eos portare lutū ad faciendum lateres vt edificarent ciuitates ꝛ poſuit ſup eos advocatos qui imites erant ꝛ percuſſerāt eos cum flagellis ſicuti animalia bruta. Scd̄m ꝓpter quod homo relinquit locum ꝛ maluȝ dn̄m eſt quando ſperat diues fieri ad dominum mitem ꝛ pium cognoſcit. tūc mutat illo cum ꝛ recurrit ad illum dominum. Ita filij iſrael cognouerunt q̄ dn̄s voluit eſſe eorum dux ꝛ ꝓmiſit q̄ vellet eis dare terram fluētem lacte ꝛ melle. ꝛ ibi diuites fieri voluerūt ꝛ ꝓpter hoc reliquerunt Pharaonem. Ita ſpūaliter duo ſunt que debent nos mouere vt fugiamus principem malicie cui militamus per peccata qui durus eſt. multos flagellat ſcorpionibus ꝛ cruciat eternaliter. et fugiamus ad principem miſericordie ꝛ gratie qui parcit ꝛ manſuetus eſt ꝛ benign⁹ ſuper maliciam noſtram ꝛ ait. Mat. xj. Uenite ad me om̄es qui laboratis ꝛ onerati eſtis ꝛ ego rēficiam vos. Item omne quod venit ad me non eijciam foras. ꝛ de hoc dicit euāgelium. Erant appropinquantes ad ieſum publicani ꝛ pctōres vt audirēt eū. ꝛ murmurabāt phariſei ꝛ ſcribe dicētes q̄ꝛ h̄ pctōres recipit ꝛ mādūcat cū illis. Et reſpōdit ad illos parabolā hāc. Quis ex vobis hō h̄ns cētū oues. ꝛ ſi perdiderit vnā ex illis nōne dimittit nonagintanouē in deſerto. ꝛ vadit ad illā q̄ pierat donec inueniat illā. ꝛ cū inuenerit imponit h̄ūeris ſuis gaudēs. Et veniēs domū cōuocat amicos ꝛ vicinos dicēs. Cōgratulamini mihi oēs: q̄ꝛ inueni ouē quā ꝑdiderā. Dico vobis q̄ ita erit gaudiū i celo ſuper vno peccatore penitētiam agēte q̄̄ ſuper nonagintanouē iuſtis qui non indigēt penitētia. Itē aliā parabolā dixit. Aut mulier habens dragmas decē. Dragma eſt denarius habēs monetā imperatoris. ꝛ ſi perdiderit vnā nonne accendit lucernā ꝛ euertit domū ꝛ querit diligenter donec inueniat eā. Et cū inuenerit conuocat amicas ſuas. ꝛ vicinas ſuas dicens illis. Congratulamini mihi omnes: quia dragmaȝ inueni quā perdideram. Ita dico vobis gaudium erit angelis dei in celis ſuper vno peccatore penitentiam agente. Iſte due parabole ſunt de peccatore qui fuit ouis errās ꝛ dragma decima habens ymaginē īpatoris. ſ. dei q̄ꝛ angelorum chori ſunt nouē. ꝛ homo decimus eſt creatus ꝛc. Et xp̄s nō venit ꝓpter iuſtos ſed ꝓpter pctōres. Ideo ad thema. Hic recipit pctōres: ꝛ manducat cū illis. Un̄ ſciēdū q̄ dn̄s recipit quattuoꝛ gn̄a hoīm. Pr̄o recipit mundū ꝛ diabolū fugientes ad ꝓtectionem ſue potētie. Scd̄o recipit deſolatos ad ſinum gratie. Tertio recipit ignorātes ad doctrinam ſue ſapientie. Quarto recipit viriliter pugnantes ad remunerationē glorie

Primo dico ſic q̄ recipit mundum ⁊ dyabolum fugientes ad ꝓtectionē ſue potentie: q̄r dñs fortis eſt ⁊ potēs in prelio dicit pſ. Huius figurā legimus q̄ Dauid rex multa bona fecit filiis iſrael. Sed ſaul rex iniquꝰ inuidioſe pſequebatur eũ ꝓpter qđ fugit ad Achis regē Geth. ⁊ tũc ſcripſit litteras ad regem q̄ repreſentaret ſibi ſeruũ ſuum ꝓfugum: tunc fuit illius regis Geth cognoſcentes dauid enarrabāt facta ⁊ ꝓbitates quas fecit filiis iſrael tunc recipit eũ gratioſe ⁊ defendit eũ. Ita ſpūaliter nos ſumꝰ i hoc mũdo vbi dyabolus nos pſequit̃ in multis inſidijs vt nos occidat. Debemꝰ igitur fugere ad xp̄m regē potentie. vt ſua ꝓtectione nos defendat in tempe mortis cũ anima ſtat ante regē xp̄m. dyabolus dicet da mihi ſeruũ meum ꝓfugum qui in multis malis cogitationibus ⁊ operibus mihi cōſenſit tunc angeli ſtant vt dicit Hiero. Angeli ſunt teſtes actuum noſtroꝝ. ⁊ nominãt xp̄o regi ꝓbitates noſtras. ⁊ ſi fecimus aliqua opera bona recipit nos ad ſuā ꝓtectionem. ſicut rex Achis Dauid fugientē. ideo faciamꝰ hic opera bona vincamꝰ leonē ⁊ vrſum: ⁊ liberemꝰ ouem de ore eoꝝ. i. dyabolum ⁊ mundũ. qui tunc animā noſtrā poſcunt: tunc ſecuri poſſumus ad ipſum fugere: ⁊ ſic patet p̄mum.

Secundo dñs noſter recipit nos deſolatos ⁊ deſperatos ad ſuum gratie ſi veniā querimus. nulli em̄ hominũ eſt deſperandũ. nā deus eſt miſericors ⁊ pius. vñ dicit in euangelio Johā. vj. Omnis qui venit ad me non eijciā foras. Huius figurā legimus q̄ erat q̄dam auſterus rex habens filium miſericordem. quē miſit peregrinari in peregrinatione. q̄ accepit pulchrā puellā ⁊ i die deſpōſatiōis fecit i regno patris p̄ q̄ttuor ptes ꝓclamare p̄ q̄ttuor nũcioſ. Primꝰ clamauit. veni te et miam recipite. Scđs clamauit rex eſt benignus ⁊ pius omnibus qui petũt veniā Tertius clamauit ex parte regis nullꝰ diffidet nec deſperet: ſed cum fiducia ⁊ ſpe accedat. Quartꝰ nũcius clamauit litteras mortis reuocat rex in miā quas dedit in ira. Ita moraliter iſte rex durꝰ fuit pater in diuinis Fuit em̄ ita durus ⁊ auſterus q̄ ꝑ vna cogitatione dānauit multa milia angelorum: vt patet de lucifero. etiā de adam quem ꝓpter vnum morſum poni eiecit ⁊ mortem dānauit. Sed filius eius xp̄s ſecunda pſona in diuinis venit de celo peregrinari in hũc mundum. ⁊ vidit pulchram puellam que erat anima deuota quam deſponſauit aſſumēdo noſtram naturam ⁊ tunc miſit quattuor nũcios in quattuor partes mundi clamantes. Primus eſt matheus qui clamat in ſuo euāgelio ex parte regis xp̄i. Mat. xj. Venite ad me omēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. Secundus nuncius eſt iohānes euangeliſta dicens in euangelio ſuo. Xp̄us liberauit mulierem peccatricē dep̄hēſam in adulterio dicens illi. Nec ego te condemnabo. vade noli amplius peccare. Tertius eſt iterum Johannes euangeliſta dicēs. Litteras mortis reuocauit. Vñ dicit in canonica ſua. Trāſlati ſumus de morte ad vitam. Quartus marcus dicens. Fili remittuntur tibi peccata tua. Item omne debitũ dimiſi tibi quoniam rogaſti me. Et ego in filium miſericordie recepi te. ⁊ ſic patet ſcđm

Tertio dico q̄ xp̄us recipit ignorantes ad doctrinam ſue ſapientie. Unde dicit apoſtolus. In eo ſunt reconditi omnes theſauri ſapientie ⁊ ſcientie. Unde ipſe inuitat ignorātes ad ſuam doctrinam ſalutarem. Nā dicitur de iuſto ⁊ ſapiente quē xp̄us docuit. Eccle. xv. Aqua ſapientie potauit illũ dñs deus noſter. Inuitat indoctos dicens. Appropiate ad me ⁊ congregate vos in domum diſcipline: vt vnuſquiſq̄ audiat quid agere debeat aut quid vitare. Huius legimꝰ figurā Neemie. viij. q̄ filij acceperunt a dño librū ⁊ legem: ſed ipſi non ſeruabant eam. ꝓpter hoc fuerunt diſperſi ⁊ tribulati. tandem venit Eſdras ꝓpheta ⁊ ſapientior omnium ⁊ fecit gradum ligneum altũ in portam templi hieruſalem: ⁊ accepit librum teſtamenti ⁊ vocauit cōmunem populum ⁊ aſcēdit gradum altum. populus ſtabat ſubter eũ: ⁊ legebat de mane vſq̄ ad veſperas. ⁊ omis populus appropinquabat ⁊ erigebat aures vnuſquiſq̄ ad lectionem. ⁊ tunc ait eſdras. Si illa ſeruabitis q̄ in illo libro ſcripta ſunt ⁊ ego legi. Deus eripiet vos ⁊ recipiet tāq̄ filios ⁊ erit deus veſter. ⁊ eo q̄ non ſeruauimus ea deus immiſit nobis tribulatōes q̄s paſſi ſumus ⁊ omnis populꝰ flebat ⁊ doctrinam fuabat. Ita ſpūaliter dñs noſter ieſus xp̄us tanq̄ eſdras ſcriba antiq̄ legis: ita ip̄e eſt ꝓpheta noue legis. Unde dixerũt iudei. Propheta magnus ſurrexit in nobis. ſurrexit em̄ in templo vbi iudei conueniebant et predicabat de libro ſue ſapientie quem habuit in corde. ⁊ dixit iudeis. q̄ quia illā legē quā pater dedit dimiſiſſent. in deueniret tribulatio ſuper eos: ſed induratũ erat cor eorum ⁊ volebant eum lapidare q̄r docuit eos Sicut nero imperator peſſimus occidit magiſtrum ſuum. Senecam. ⁊ ipſi venditi ⁊ tribulati ⁊ regno priuati ſunt tam eterno quā temporali: ⁊ ſi feciſſent ſicut populus eſdre

qui eſdram audiuit: aures erexit. ⁊ ꝓ pecca
tis fleuit ⁊ ideo dominus erat eorum dux ⁊
magiſter hec eis nõ accidiſſent. Et ideo om
nes xp̃m audire nolentes nec doctrinam ſu
am ſequi volentes diſpergẽtur nec eos hec
nec in futuro recipiet. ⁊ ſic patz tertiũ. Quar
to xp̃us viriliter pugnãtes recipit ad remu
nerationem glorie. Promittit namq̃ ſeptez
dignitates ꝓ ſeptem vicijs impugnãtibus
Unde dicit Johannes in Apo. Uenit aqui
la volans ⁊ clamans per medium celi dicẽs
Qui vicerit dyabolum ⁊ mundum ⁊ ꝓpriaz
carnem. dabitur illi manna abſconditum ⁊
panem angelorum ⁊ad menſaz regis eterni
Item ſecundo. Qui hec tria vicerit: non lede
tur a morte ſecunda: ſed recipietur ad vitã
glorie. Item tertio. Qui hec tria vicerit da
bo illi edere de ligno vite quod eſt in medio
paradiſi. Item quarto. Qui vicerit hec tria
dabo illi poteſtatem ſuper gentes ⁊ regna:
⁊ recipiam illum ad me. Item quinto. Qui
hec tria vicerit: recipiam eum vt columnaz
ſplendidam ⁊ firmam in regno ⁊ in templo
meo. Sicut eniz colũna ſuſtentat ⁊ decorat
edificuz quãdo eſt pulchra: ita talis victor
recipietur ⁊ decorabitur in regno firma-
bitur: ⁊ nũq̃ flectetur. Item ſexto clamauit
Qui vicerit hec tria recipiam eum tempore
mortis: ⁊ ſedebit mecum in throno glorie.
Apoſtolus. Si fuerimus ſocij paſſionuz eri
mus ⁊ conſolationum. Et ideo merito ſi pu
gnamus viriliter cum xp̃o. cum ipo erimus
in throno. ⁊ petiuit xp̃us patrem dum volu
it ire ad pugnam. Johan. xvij. Pater quos
dediſti..

## ¶ Dñica quarta poſt trinitatis. ſer. xlv.

e Stote miſericordes ſi
cut ⁊ pater veſter celeſtis miſe-
ricors eſt. Lu. vj. Nota ꝙ mul
ta ſunt que debent mouere ho
minem ad miſericordiam. Primum eſt cor
poris noſtri conformitas. Nam omnes xp̃i
ani ſunt tanq̃ vnum corpus habens multa
membra ⁊ membrum membro compatitur
ſicut manus manui alteri ſubuenit. oculus
oculo pes pedi. ita homo debet homini mi
ſereri qui eſt ſm̃ ymaginem ſuam creatus.
Secundum eſt quod nos debet mouere ad
miſericordiam irrationalium animaliũ exẽ
plaritas. Nam animalia irrationalia com
patiuntur ſibi. ſicut legitur in naturis de a
quila quando aquila habet pullos cogit an
teq̃ ſciant volare ad aſpectum ſolis dũ ſplẽ
det in claritate. ⁊ quando aliquis ſuoꝝ pul
lorum non poteſt aſpicere ſolem ſine reuer-
beratione oculorum iſtum ꝓijcit de nido tã
q̃ non ſit de natura ſua. quod videns falco
miſeretur illi pullo abiecto ⁊ ducit ad niduz
ſuum ⁊ nutrit cum pullis ſuis. Ita homo ra
tionalis videns ꝓximum ſuum neceſſitatez
habere debet ſibi miſereri. Tertium quod
debet nos mouere ad miſericordiam eſt ꝓ
pria neceſſitas. Nam nos indigemus miſe
ricordia a deo. ideo oportet nos miſereri ꝓ
ximo. vnde ait dominus. Mathe. xviij. Ser
ue nequã omne debitum dimiſi tibi. Nonne
oportuit ⁊ te miſereri conſerui tui. Quartũ
quod debet nos mouere ad miſericordiam
eſt dei noſtri exemplaritas. Nam miſericor
dia mouit ipſum vt ſurgeret de paterno cor
de: ⁊ acciperet humanitatem ⁊ fecit ſe capti
uari ⁊ illudi ⁊ conſpui propter nos: ideo de
bemus nos exemplo xp̃i alter alteri miſere
ri: quia xp̃us in propria perſona ait in euan
gelio. Quod vni ex minimis meis feciſtis: mi
hi feciſtis. De hoc etiã dicit in euangelio ho
dierno. Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater ve
ſter miſericors eſt. Nolite iudicare ⁊ non iu
dicabimini. Nolite condemnare ⁊ non con
dẽnabimini. Dimittite: ⁊ dimittetur vobis
Date: ⁊ dabitur vobis. Menſuram bonam
⁊ confertam ⁊ coagitatam ⁊ ſuper effluentẽ
dabunt in ſinum veſtrũ. Eadem quippe mẽ
ſura qua menſi fueritis: remetietur vobis.
Dicebat ⁊ illis ſimilitudinem vnam. Num
quid poteſt cecus cecum ducere. nonne am
bo in foueam cadunt. Sic quando prelatus
malus dat aliquod malum exemplum: tũc
cecus ducit cecum ⁊ ambo in foueam cadũt
eterne damnationis. Item aliud exempluz
eſt. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ. Per
fectus autez omnis erit ſi ſit ſicut magiſter
eius. Quid autem vides feſtucã in oculo fra
tris tui. trabem autem que in oculo tuo eſt
non conſideras. Aut quomodo potes dice
re fratri tuo. frater ſine. i. permitte eijciam
feſtucam de oculo tuo. ipſe trabem in oculo
non vides. Hypocrita eijce primo trabem
de oculo tuo. ⁊ tunc proſpicies vt educas fe
ſtucam de oculo fratris tui: quia multi ſunt
qui iudicant alios de paruo ⁊ ipſi habent
maximum peccatum. Quo ad thema. Eſto
te miſericordes ſicut ⁊ pater veſter celeſtis
miſericors eſt. Unde notandum ꝙ quattu
or generibus hominum vult deus eſſe miſe
ricors. Primi ſunt deum timentes. Secũdi
bona opera facientes. Tertij ſunt pauperi
bus compatientes. Quarti ſunt iniuriã pa
tientes. Primo deus vult eſſe miſericors illis
qui ipſum timent. vñ dicit in pſ. Quõ miſe
tur pater filioꝝ miſertus eſt dñs timentibꝰ

se: quoniã ipse cognouit figmentũ nostrum
id est fragilitatẽ nostrã. Uidem⁹ in natura-
libus ꝙ quãdo aliquis simplex homo offen
disset magnum pncipẽ: ꝛ timeret ipsum. ꝛ
si voluntarie simplex homo acciperet gladiũ
euaginatum. ꝛ flexis genibus poneret se an
te illum ꝛ diceret. O dñe offendi vos sum re
us mortis dabo me in man⁹ vestras in gra-
tiã. ꝟe nisi talis pnceps haberet cor ferreũ
sibi misereretur ꝛ dimitteret offensã. Ita de
bet quilibet hõ facere qui deũ offendit debꝫ
se humiliare corã deo pncipe ꝛ filiũ mortis
se cõfiteri. Huius legimus figurã. ij. Regũ
vlti. ꝙ dauid maxime peccauit cõtra deum
ideo deus misit gad pphetã ad ipsũ dicẽs
Ecce deus misit me ad te. tu eum offendisti
elige vnam de tribus plagis. aut pestilentiã
aut famẽ. aut gladium inimicorum. ꝛ dauid
elegit pestilentiam. ꝛ tũc venit tanta pestilẽ
tia in regno suo ꝙ in breui tempore morie-
bantur septuaginta milia hominum. tũc da
uid flexit ienua cadẽs ante deum in terram
dicẽs. O dñe percute me ego sum qui pecca
ui. Et tunc deus vidit timorẽ ꝛ humilitatẽ
ꝛ dixit ad angelũ. Sufficit nunc. contine ma
num tuam. Tũc dauid vidit angelũ stantẽ
in nube habentẽ gladium cruentatũ quem
misit in vaginã. Ita moraliter deus pater ꝛ
dñs dedit nobis intelligentiã sciendi bonũ
ꝛ malũ. ꝛ ipse nullũ malũ dimittit impuni-
tum ideo ait dauid ad eum. Dñe quo ibo a
spũ tuo ꝛ quo a facie tua fugiã. Si ascẽdero
in celũ tu illic es. si dscẽdero ad ifernũ ades
Et ipe dñs rñdet in ps. Si acuero vt fulgur
gladiũ meum reddã vltionẽ hostibus meis
id est pctõribus. Hoc cognoscẽs pctõr debet
facere vt dauid dicens. O dñe ego peccaui ꝛ
malum coram te feci ne pmittas plagam ꝓ
pter peccata mea ꝛ ego amplius nũꝙ offen
dam te. Tunc statim ait dñs ad angelũ vo
lentem pctõrem pcutere cum morte eterne
dãnationis. Mitte gladium in vaginã satis
est: qꝛ me ita humiliter exorauit. ideo opor-
tet me eius misereri. vñ Amb. in quodã ser.
Cessat vindicta diuina cũ illud pcurat hu-
militas humana ꝛ vindicta mutatur in mi
sericordiã. Scđo deus vult esse misicors bo
na opera faciẽtibus. Nam videmus quãdo
aliquis magnũ ꝛ pulchrum edificiũ facit. q̃-
rit bonos artifices. ꝛ si artifex est bonus. edi
ficium erit bonũ. Ita spũaliter oportet nos
in opibus mie edificare edificium in celo in
quo anima nostra debet eternaliter gaude-
re. Uñ ait in ps. Misericordia edificabitur
in celis. Et pmus artifex huius eterni edifi
cij fuit xps. ꝛ licet ꝑ multas alias ꝟtutes edi
ficauit eternũ habitaculum. tamẽ precipue
per miam. Uult etiã habere tales artifices
sicut ipse incepit. vñ ait apostolus Paulus.
Non ex operibus iusticie q̃ fecimus nos: sꝫ
ſm suam miam saluos nos fecit. Querit igi
tur tales coadiutores ꝑ edificãdo miam. vñ
legimus figurã in lib. Regum. ꝙ Salomon
edificauit edificiũ pulchrum in hierusalem
ꝛ misit nũcios vt adducerent de oibus regi
onibus artifices qui sciebant operari ligna
cedrina: ꝛ alia ligna q̃ pertinebãt ad ipsum
edificiũ vt cõpleretur domus dñi. Ita spũa
liter dñs noster iesus xpus pmus fundator
in humana natura edificiũ pulchrum in ce-
lo de electis qui sunt artifices bonoꝝ operũ
ꝛ vltimũ testamentũ condidit dicens Mat.
v. Beati misericordes qm̃ ipsi miam conse-
quẽtur. Mittit igitur adhuc omni die ange
los suos qñ homines moriũtur. ꝛ ille eligũt
talem artificem q̃ bona opa fecerit ꝛ addu-
cunt illum ad regem altissimũ vt opus suũ
quod incepit compleat. Ipse em̃ talis opti-
mus artifex fuit. Ideo ait Sap. vij. Omni-
um em̃ est artifex omnem habens ꝟtutem
omnia ꝓspiciens. Ideo qui ipsum sequũtur
inuenient misericordiã apud ipsum. Uñ di-
cit. Leo papa in quodã sermo. Uirtutes bo
norum operũ que in deo sunt: tante dignita
tis sunt vt inde fiat anime in celo eternalis
mansio. Et q̃to plures ꝛ in mia ornate tan
to pulchrior fit habitatio anime. Et sic patꝫ
ꝙ miam inuenient bene opantes. Tertio di
co ꝙ misericordiam apud deum inuenient
hic ꝛ in futuro qui pauperibus subueniunt
in tribulationibus eoꝝ. Uñ dñs Mat. xxv.
Quod vni ex mi. me. fecistis mi. fecistis. Et si
cut opera mie sunt septẽ in quibus hõ dꝫ ꝓ
ximo subuenire scꝫ hospitari pegrinos po-
tare sitientes. cibare esurientes. vestire nu-
dos. sepelire mortuos. visitare infirmos. et
liberare captiuos. Ita sunt septem remune
rationes ꝛ dona misericordie a deo. Huius
figuram legimus Apoca. j. vbi ait Johãnes
Ego vidi thronum altum ꝛ magnũ. ꝛ regẽ
in throno sedere aurea zona accinctum cir-
ca cor. capilli albi ante cuius conspectum ste
tit turba magna. ꝛ habebat rex in dextera
manu stellas septẽ. Iste aũt rex xpus est q̃ est
rex regũ ꝛ dñs dñantiũ. q̃ est aurea zona ac-
cinct⁹ circa cor ꝓpter diuinũ amorẽ. capilli al
bi ꝓpt castitatẽ. Turba magna fuit illa q̃ ex
pectabat remũerationẽ ꝓ septẽ opib⁹ mie.
ideo hũit in dextera largitatis septẽ stellas
q̃ sũt dõa largitatis ꝓ septẽ donis pietatis
ꝛ mie. Primũ donũ est obliuio oim tribulati
onum ita ꝙ nũꝙ põt cogitare retrorsum de

tribulatõibus: nec de amaritudine mortis.
Nam quando inſpicit illam ſanctiſſimã fa-
ciem nunq̃ poteſt cogitare retrorſuz: ita ine-
briantur a loco tam pulchro: pro eo ꝙ ho-
ſpitati ſunt peregrinos. Baruch. iij. O iſra
el q̃ ingens eſt domus tua. Secundum do-
nuz eſt ꝙ inebriatur a vino eternitatis a mē
ſa trinitatis: cuius vna gutta ſm Augu. eſt
tante potentie ꝙ ſi homo haberet omne vi
num mundi mitteret pro vno hauſto eterni
vini: ⁊ hoc pro eo habet ꝙ potauit ſitiētes
vnde dicitur in ps. De torrente voluptatis
tue potabis eos. Tertiuz donum quod per
tertiam ſtellam figuratur eſt ciborum abun
dantia de menſa diuinitatis. Unde dixit re-
gina auſtri videns Salomonem ita ordia-
te omnia habere in menſa. iij. Reg. x. Bea-
tus es domine ⁊ beati ſunt ſerui tui. Et illū
cibum habebit pro eo ꝙ eſurientes cibauit
Quartum donum qđ per quartam ſtellā fi
guratur eſt veſtis refulgentia. Ipſi ibi fulge
bunt miſericordes ſicut ſol de veſte. Unde
ps. Aſtitit regia a dextris tuis in veſtitu de-
aurato eo ꝙ veſtiuit pauperes ⁊ nudos in
mundo iſto. Quintum donu quod per quin-
tam ſtellam figuratur eſt immortalitas et
vita. Unde Apoca. xxi. Neq̃ mors neq̃ lu-
ctus neq̃ dolor erit vltra. ⁊ hoc pro eo ꝙ ſe
peliuit mortuos. Sextuz donum qđ per ſex
tam ſtellam figuratur eſt corporis ſanitas
ita ꝙ nunq̃ infirmabitur. vnde dicit Anſ.
Domine vbi eſt eterna ſanitas que nūq̃ po
teſt haberi niſi in tua hītatione: ⁊ hoc hꝫ ꝓ
eo ꝙ viſitauit infirmos. Septimum donuz
eterne remunerationis eſt libertas: ita ꝙ po
teſt vti deo: ⁊ quicquid deſiderat ibi obtine-
bit: ⁊ ibi nullus erit ſeruus. ſed omnes libe
ri. vnde apoſtolus ad Gal. iiij. Qua liberta
te xp̄us nos liberauit. ⁊ hoc habet ꝓ eo ꝙ ca
ptiuos liberauit. Et ſic patet ꝙ qui cōpatit᷑
proximo miſericordiā habebit a deo. Quar
to dico ꝙ apud deum habebūt miſericordi-
am qui patiuntur iniuriā: ⁊ dimittunt pro-
pter deum. Nam ſicut ſunt ſeptē opera mi-
ſericordie extrinſeca ſeu corporalia ſicut di-
ctum eſt in precedenti membro. Itē ſunt ſe-
ptem opa miſercordie intrinſeca ſeu ſpūa-
lia. Primum eſt offenſam dimittere. Secun
dum eſt peccatorem charitatiue corrigere.
Tertium eſt pro peccatore orare. Quartuz
eſt ignorantem informare. Quintum eſt du
bitantem vel deſperantē confirmare. Sex-
tum eſt lugentem cōſolari. Septimū eſt ad
omēs afflictões mūdi cōpaſſionē cordis ha
bere. Itē ſimilit᷑ deus vult illis miſereri poſt
hāc vitā ⁊ eos clarificare. Hui⁹ legim⁹ figu
ram Apo. i. Johes vidit ſeptē cādelabra au
rea ⁊ in medio cādelabroꝝ hoiem ſimilē fi
lio hois. Iſte filius hois eſt xp̄s ieſus q̄ de-
ſcendit de celo mia motus ad hūanam na-
turā aſſumendā: ⁊ in illis ſeptē operib⁹ mie
ſpūalibus ſeu ſpeciebus refulſit in hoc mū
do ſicut aureū candelabrū. Nam offenſam
dimiſit. Uñ ait dñs Luc. xxiij. Pat᷑ dimitte
illis: q2 neſciūt quid faciunt. Peccantes cor-
rexit. vñ iudeos multotiēs correxit dicēs il-
lis. Uos male agitis ⁊ ois q̄ male agit odit
lucē. Pro pctōrib⁹ orau. t i mōte oliueti ⁊ fa
ctus eſt ſudor ei⁹ quaſi gutte ſanguinis de-
currētis in terrā. Ignorātes inſtruxit ſicut
mgr̄ diſcipulos ſuos. Mat. ix. Circuibat ci-
uitates ⁊ caſtella vt doceret populū ⁊ in tē-
plo docebat ignorātes: dubitātes cōfirma-
bat. Uñ dixerūt diſcipuli Math. xxiiij. Dñe
⁊ magiſter dic nobis qñ hec erūt. Quib⁹ ait.
Ueniet tribulatio qualis nō fuit ab initio:
ſed beat⁹ qui pſeuerauerit vſq̃ in finē ⁊ hic
ſaluus erit. Lugētes cōſolabat᷑. vñ ait diſci-
pulis Luc. x. Gaudete: q2 noia veſtra ſcrip-
ta ſunt in celo. i. in libro vite. Ad oēs afflicti
ones mūdi tā in hoibus q̃ in aiabus cōpaſ
ſionē habuit in corde. ⁊ ita xp̄us: iō refulget
in celo ſicut cādelabrū aureū ⁊ oēs q̄ ſimilit᷑
faciūt refulgēt in eo. Iō dicit Johānes. Ui-
di ſeptē cādelabra aurea. i. ſeptē turbas q̄ ſe
in his ſeptē opib⁹ ſpūalibus mie exercēt. ⁊
hij modo refulgent: vt ſol ⁊ luna ⁊ auruz be
ne purgatum. Ergo ad thema. Eſtote miſe-
ricordes.

¶ Dñica quinta poſt trinitatis. Ser. xlvi.

p Er totam noctem la-
borātes nihil cepim⁹. Luce. v.
Nota in naui bñ ordiata ōbēt
cē tria. Pmo ne pncipalis nau-
ta eligat᷑ ꝑ ſortē. ſcđo ꝙ naute pncipali obe-
diāt oēs i naui exñtes. Tertio ꝙ colloceꝫ vnū
quēq̃ i loco ſuo i naui ad ſua officia ad q̄ vi-
det eos aptos. Ita ſpūalit᷑ eccl'ia ē q̄ſi nauis
ꝑ quā optet nauigare ad portū ſalutis eter
ne in fide catholica ꝑ hoc mare magni in q̄
ſunt reptibilia quorū nō eſt nūer⁹. In q̄ naui
pncipalis nauta fuit xp̄s: q̄ nō eſt elect⁹ ſm
ſortē: ſꝫ ꝑpt᷑ experiētiā ſuā: q2 ſciuit nauē bñ
ducere. Poſſet em̄ miles eligi ſm ſortē in na
ui ꝑ gubernatore q̄ meli⁹ ſciret pugnare q̃
nauē gubernare. ⁊ ſic omēs ſubmergerent᷑:
ſꝫ xp̄s bñ ſciuit nauez ducere hui⁹ eccl'ie: iō ē
ipe principalis nauta cui omēs debent obe
dire ſeruando ſuam doctrinā: ⁊ vnūquenq̃
poſuit i locū ſuū. Nā aliquos poſuit ad offi
cia cardinalat⁹: ad aliquos ad officiuz epi-

ſcepatus. aliquos ad officium preſbytera-
tus. aliquos ad officiuꝫ religionis. aliquos
ad officium dyaconatus. aliquos ad matri
monium. aliquos imperatores. aliquos re
ges. aliquos duces. aliquos milites. et vni-
cuiqꝫ dedit ſuaꝫ doctrinam vocationis. ita
ꝙ omis manens in ſuo ſtatu poſſit ꝓmere-
ri vitam eternaꝫ. ⁊ venire ad portuꝫ ſalutis
Unde apoſtolus. i. ad Theſſal. iiij. Non em̄
vocauit vos deus in immūdiciam ſꝫ in ſan-
ctificationem. vt vnuſquiſqꝫ veſtrum poſſit
poſſidere ⁊ gubernare nauē ſui corporis in
ſanctificatione ⁊ honore. ⁊ ideo dicit in euā
gelio hodierno. Cum turbe irruerent in ie
ſum vt audirent verbum ſue predicationis
ipſe ſtabat iuxta ſtagnuꝫ genezareth ⁊ vidit
duas naues ſtantes ante littus. qꝛ iſtud ſta
gnum fuit congregatio aquaruꝫ ⁊ inter du-
os montes. Piſcatores aūt deſcenderunt vt
lauarent rethia. Aſcendēs autem ieſus in
vnam nauez que erat Petri rogauit vt a ter
ra reduceret puſillum: id eſt modicuꝫ. Et ſe
dens docebat de nauicula turbas. Ut aūt
ceſſauit loqui dixit ad ſymonē. Duc in altū
id ē ꝺ littore in mare. ⁊ laxate rethia in cap
turam piſcium. Et reſpondit Symon. Pre-
ceptor per totam noctem laborantes nihil
cepimus: in verbo autem tuo laxabo rethe
Et cum hoc feciſſent concluſerunt piſcium
multitudinem copioſam. Rumpebatur au
tem rethe eorum ⁊ annuerunt ſocijs q̄ erāt
in alia naui vt venirent ⁊ adiuuarent eos ⁊
venerunt ⁊ impleuerūt ambas nauiculas:
ita vt pene mergerentur. Quod cuꝫ videret
Symon Petrus procidit ante pedes Jeſu
dicens. Exi a me quia peccator homo ſum
ego domine. Stupor em̄ circūdederat eum
⁊ omnes qui cum eo erant ex captura piſci
um quos ceperant. Similiter aūt Jacobum
⁊ Johannē filios zebedei qui erant ſocij ſy-
monis. Et ait ad ſymonem ieſus. Noli time
re. ex hoc iam homines eris capiens ꝑ tuā
predicationem in rete. i. eccleſia. Et ſubdu-
ctis ad terram nauibus ⁊ relictis omnibus
ſecuti ſunt eum. ⁊ ſic patet euangeliū. Quo
ad thema. Per totam noctē ⁊c. Nota ꝙ pre
ſens mundus comparatur nocti. Primo: qꝛ
in nocte viatores ſunt errantes. Secundo
quia in nocte videntur horrores. Tertio qꝛ
in nocte augmentantur dolores. Quarto qꝛ
in nocte fruſtrantur labores. Primo dico qꝛ
in nocte errant viatores: ita peccatores er-
rant diuerſimode: quia in nocte ſunt tene-
broſitates: ⁊ lux deficit eis. i. diuina gratia
que viam deberet oſtendere eis vt eorum er
rorē cognoſcerēt. Sed qꝛ nūc cognoſcere no
lūt ꝙ nō cognoſcēt poſt hāc vitā qn̄ aīa egre
dietur de corpore. Tunc dicent illud Sapi.
v. Errauimus a via veritatis ⁊ lumen iuſti-
cie non illuxit nobis. Non eſt ſtatus mundi
inſtabilis: ideo homo ſepe cadit improuiſe
⁊ anima capitur ⁊ occiditur. De hoc legi-
mus figuram Judicuꝫ. xix. ꝙ quidam iuue-
nis vadens cum quadam muliere pul-
chra: cum veniret gabaon venit nox ⁊ erra-
uerunt ⁊ mulierem perdidit in illa nocte te
nebroſa: ⁊ de mane die lucente inuenit eam
mortuaꝫ. Jta moraliter homo peccator am
bulat in nocte tenebroſa ſuorum peccatorū
cum pulchra puella. ſ. anima propria vadēs
cum corpore: ſed venit nox mortis: ⁊ perdet
animam ſuam mortuam morte eterne dā-
nationis propter peccata: quia ſicut fulgur
ſolis exit ab oriente ⁊ apparet vſqꝫ ad occi-
dentem: ita venit filius hominis: iō ait xp̄s
Mat. xxv. Media nocte clamor factus eſt.
Ecce ſponſus venit lucis ⁊ veritatis. Et que
parate ſunt intrauerūt cum eo ad nuptias
⁊ que in nocte erāt. ſcꝫ non parate foris mā
ſerunt. Ergo patet ꝑmum ꝙ ſtatus pctōruꝫ
cōparatur nocti qꝛ in nocte erāt peccatores
Scđo dico ꝙ ſtatus pctōrum cōparatur no
cti: qꝛ in nocte videntur horrores. vn̄ ſcriptū
eſt in lib. Heſter ꝙ mardocheus vidit in vi
ſione noctis ita horribilē viſum ꝙ capilli ca
pitis ſui horruerūt: vidit duos dracones in
uicem pugnātes ⁊ clamantes ⁊ ad clamorē
animalia cōuenerunt. Huius horribilis vi-
ſionis legimus figuram Dan̄. vij. Daniel vi
dit in viſiōe noctis quattuor beſtias pugnā
tes in mari vna beſtia erat ſimilis leoni ha
bens alas quaſi aquila. Scđa beſtia ſimilis
erat vrſo habens tres ordines dentiū in ore
Tertia ſimilis pardo habēs quattuor alas
Quarta beſtia erat horribilis habēs ſeptē
capita ⁊ decem cornua. Nota per quattuor
beſtias quattuor peccata pugnantia in no-
cte ſuo marchuius mundi. Primum eſt ſup
bia que ſimilis erat leoni habēs alas aqui-
le. Nam leo eſt rex animalium. ergo natura
liter eſt ſuperbus. Nam dicit Iſido. Quan-
do inſequitur a venatoribus vadit in cam-
pum: vt videatur ab hominibus ⁊ nullus
pauebit occurſum. Jta ſuperbus quicquid
facit hoc facit: vt videatur et laudet̄ ab ho-
minibus. Etiam habet alas aquile. quod ſi
gnificat ſuperbiam mulieris. Unde dicitur
in Pſal. Sicut aquila prouocans ad volan
dum pullos ſuos et ſuper eos volitans. Jta
ſuperbe mulieres filias ſuas docent ſuper-
bire. ⁊ ita multa mala veniunt iam de ſuper
bia. Dicitur eniꝫ idumee ſuperbe. Jeremie.

xlix. Cum exaltaueris quaſi aquila nidum
tuū inde detrahā te dicit dn̄s. Scd̄a beſtia
erat quaſi vrſus ⁊ ſignificat auaritiā. Urſus
erat valde horribilis habens tres ordines
dentium in ore. Unde vrſus habꝫ debile ca
put. vnde iam debilitatur in auaris caput
eccleſie: qꝛ om̄s ſtudent auaricie ⁊ mām̄one
a maiore vſqꝫ ad minorē. hꝫ fortia brachia.
qꝛ quicquid capit inter brachia tenet forti
ter. Ita auarus quicq̄d apprehenderit ſiue
iuſte ſiue iniuſte nō retribuit: ⁊ quicq̄d predi
catur ꝙ peccatū nō dimittitur niſi ablatū
reſtituatur: tamē nō curat. Itē habuit tres
ordines dentiū in ore: qꝛ quicquid auarus
cogitat. loquitur. operatur. ſemper eſt ad in
iuſtum lucrum. Eſt em̄ auarus ſimilis bu
foni qui quādo vinea floret exit vineam et
paſcitur terra. Ita auarus quādo predicat
verbum exit eccleſiam paſcit terra. i. deſide
riis terrenis. Unde Eſa. lvii. Propter iniq
tatem auaricie eius iratus ſum ⁊c. Tertia
beſtia eſt pardus vel penthera diuerſis co
loribus ornata habens quattuor alas ⁊ ſi
gnificat luxuriā que pugnat in mari huius
mundi. Et habꝫ quattuor capita. quia luxu
ria habet quattuor peccata. ſ. ſimplicē for
nicationem videlicet liberi cū libera. eſt tn̄
peccatum mortale. Adulterium quādo cō
iugati faciunt contra matrimonium qui in
antiqua lege lapidabātur. Inceſtus quādo
aliq̄s coit cū cōſanguinea: ⁊ ſodomiticū q̄d
eſt pctm̄ clamās in celum ꝓ vindicta. Iſtud
pctm̄ iam maxime regnat velut beſtia in no
cte tenebroſitatis pctōrum. Aug. Efficaciſ
ſimus rex eſt luxuria ⁊ laqueus ad capien
dum aīas hoīm. Quarta beſtia pregnās in
nocte fuit horribilior hn̄s ſeptem capita et
decem cornua. Septem capita ſunt etiā ſep
tem pctā mortalia: ſcꝫ ſuperbia: auaritia:
luxuria: inuidia: gula: luxuria: ira: accidia.
hꝫ decem cornua. i. decem preceptorū trāſ
greſſiones ⁊ habent in his verſibꝰ. Unū cre
de deum ne iures vana per ipm̄. Sabata ſā
ctifices: habeas in honore parētes. Nō ſis
occiſor: fur: mechus: teſtis iniquus. Alteriꝰ
nuptā nec rem cupias alienā. Et beſtia hec
i d eſt dyabolus ſuis cornibꝰ oīa precepta iā
conculcauit: ⁊ ſic patꝫ ſcōm. Tertio dico ꝙ
ſtatus pctōrum compatur nocti vt pꝫ in the
mate. Laborātes ꝑ totā noctē nihil cepimꝰ
qꝛ in nocte augmentātur dolores. Sicut vi
demus quādo eſt infirmꝰ hn̄s dolorē quā
do nox venit tūc dolor creſcit. Per hūc dolo
rem nota dolorem aīe. Nā ſicut corpus cō
teritur doloribus ita aīa pctōris quāto em̄
dolores grauiores tāto clamores acriores.
Ita anima dum ſentit dolorem clamat for
titer ad ſaluatorem cū ꝓpheta dauid q̄ cla
manit fortiter ad dn̄m dicēs. Miſerere mei
deus quoniā infirmus ſum ⁊c. Huiꝰ figurā
legimus de alexandro magno qui obſedit
quandā ciuitatem cum magno exercitu et
venerunt hyſtriones ⁊ vagi ⁊ laudabāt eū
dicentes ipſum eſſe filiū iouis planete ⁊ im
mortalem ſed iuit ad ſpaciādū extra exer
citum ⁊ cum ſagitta vulnere graui vulnera
tus eſt: ⁊ cum nox acceſſit vulnus intumuit
et grauiter doluit ⁊ clamauit. Homies me
deceperunt qꝛ immortalem me dixerūt: ſed
dolor vulneris clamat me eſſe mortalē. Ita
ſpūaliter pctōr nō curat deum cū nō ſit īfir
mus ſed ſanus in corpe ⁊ peccat audacter
et cū laudatur credit ſe eſſe immortalem ſi
cut alexāder magnus ⁊ nō curat de dolore
aīe que maxime vulneratur ⁊ dolet. ſed qn̄
dn̄s tendit arcum ſuū. ſicut dr̄ in pſ. Arcū
ſuum tendit ⁊ pauit illū ad ſagittādum per
vindictā pctōrem per infirmitatē ⁊ aduerſi
tatem corporis. Tunc pctōr ſentiēs in no
cte ſuorum pctōꝝ agnoſcit ſe mortalem ſi
cut alexāder qui dicit. Miſabiliter ſum de
ceptus ⁊ hoīes deceperūt me dicentes me
eſſe īmortalē. ſꝫ dolor in nocte vulneris mei
clamat me eē mortalē: ⁊ ſic pꝫ tertiū. Quar
to dico ꝙ ſtatus pctōrum compatur nocti.
qꝛ in nocte fruſtrātur. i. annihilantur labo
res. Ideo dixerunt apoſtoli vt pꝫ in thema
te. Per totā noctem ⁊c. Ita q̄diu homo ē in
pctīs mortalibus oīa opera perdit. tp̄us
conſumit inutiliter grām negligit turpiter
Et ideo premonet dn̄s nos. Joh. ix. Me opꝫ
operari donec veniat nox in qua nemo ope
rari poteſt. i. in hac vita debemus opera bo
na facere venit nox. i. mors poſt hāc vitā ꝙ
nemo poteſt aliquid boni facere. ſed de om
nibus operibus noſtris in nocte mortis ra
tionem reddere debemus. De hac figurā
legimus. Dan̄. vii. Aſpiciebā nocte ⁊ throni
poſiti ſunt ⁊ antiquus dierū ſedebat ⁊ thro
nꝰ ſicut flāme ignis. ⁊ rote ignee circa thro
num igneus fluuius egrediebatur et milia
milium miniſtrabāt ei. ⁊ decies centena mi
lia aſſiſtebāt ei. Iſta viſio in nocte ſigt̄ ſtatū
iudicātium. Poſt diē huius vite venit nox
in qua nemo poteſt operari: ſed iudicātur
ſm̄ opera: ideo vidit in nocte. Et ad thronū
iudicialem qui immediate ponitur in ictu
oculi anima adducitur. ⁊ āntiquus dierū ſe
dit. i. xp̄us: ⁊ flāma ignis erat eius thronus
id eſt iudicabit pctōrem ad ignem eternū
rote iuxta thronum: vt traherent pctōres
ad ſupplicium eternum. fluuius igneus. i.

ſententia damnationis. Milia milium idē
multitudo angelorum miniſtrabāt ei et de-
cies centena milia aſſiſtebāt ei.i.multitudo
electorum aſſiſtunt ei. ⁊ gladij ancipites in
manibus eorum. Ad faciendam vindictaz
in peccatoribus in nocte peccatoruz ambu-
lantibus. Tunc omnis labor quem fecerūt
in peccato mortali nihil prodeſt. Ergo quo
ad thema. Tota nocte laborauimus et ni-
hil cepimus

¶ Dñica ſexta. Sermo. xlvij.

N Iſi abūdauerit iuſticia
veſtra plus q̄ ſcribarum ⁊ phari
ſeorum nō intrabitis in regnum
celoruz. Mat. v. Nota ꝙ deus dedit tria do
na nobilia homibus. ſ. corpus ⁊ aiam ⁊ res
temporales. Anima eñ eſt nobile donum
quia ad imaginem dei eſt creata. Geñ.i. Fa
ciamus hominem ad imaginē noſtraz. Un
de ait Judith. xij. Magnificata eſt aia mea
pre omibus creaturiſ. Secūdum nobile do
num eſt corpus cum ſuis alimētis. vnde ho
mo eſt digniſſima creatura omniū creatura
rum. q̄ excellit oia aialia volatilia ⁊ reptilia
Tertiū donū tēporale ſunt diuitie aurū ⁊ ar
gētū ⁊ poſſeſſiōes dedit. ⁊ hec tria dedit deꝰ
homini vt inde ſeruiat ſuo creatori. Dedit
corpus vt nō offendat proximū. Unde pro-
hibēs eum ait. Non furtum facies. Nō occi
des. Nō mechaberis. Dedit aiam vt nō ha
beat inuidiā in corde. vel iram maledicēdo
male cogitādo. ſed itm deū laudēdo ⁊ amā
do. ⁊ proximū propter deū diligēdo. Dedit
ei res tpales vt proximo offerat de illis re-
bus. Et hec tria oſtendūtur in euāgelio. Di
xit ieſus diſcipulis ſuis. Amē dico vobis ni
ſi abundauerit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcriba-
rū ⁊ phariſeorum non intrabitis in regnuz
celorū. Audiſtis q̄ dictū eſt antiquis. i. in an
tiqua lege. Non occides: qui autem occide-
rit reus erit iudicio mortis. Sz ego dico vo
bis omnis qui iraſcitur fratri ſuo: ita ꝙ in
ira maledicit cum reus erit iudicio mortis
eterne. Qui autem dixerit fratri ſuo. i. pro-
ximo racha quod eſt verbum indignantis ⁊
motum inuidie cordis oſtendens maledicē
do reus erit conſilio. Qui autem dixerit fra
tri ſuo fatue: ex inuidia ⁊ ira ipſum maledi-
cendo reus erit gehenne ignis. i. eterne pe-
ne. Si ergo offers munus tuum ab altare ⁊
ibi recordatus fueris: q̄ proximus tuus ha
bet aliquid aduerſum te: ita ꝙ tu habes in-
uidiam in corde tuo: relinque ibi munꝰ tuū
añ altare ⁊ vade priꝰ recōciliari fratri tuo:
⁊ tunc veniēs offeres munꝰ tuū: q̄ oblatio
que fit cū inuidia cordis non eſt deo accepta
ſicut oblatio cayn que fuit inuidioſa. ⁊ ideo
maledictus. Et ſic patet euāgelium. Ergo q̄
ad thema. Niſi abūdauerit iuſtitia veſtra
pluſq̄ ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ non intra ⁊c.
Ex his. notādū ꝙ q̄tuor gñā hoim nō intra
būt in regnū celoꝝ. Primi ſūt iuſtitiā vēden
tes. ſecūdi ſunt iniuſte iudicātes. tertij ſūt in
uidiam retinentes. quarti ſunt iniuſte offe-
rentes. Primo dico ꝙ omnes qui vendunt
iuſtitiam non intrabūt in regnum celorum.
Jdeo monet nos dominus dicens. Mat. vi.
Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis co
raz hominibus: alioquin nō habebitis mer
cedem apud deum in celis: hoc fecerūt pha
riſei: q̄ omnia bona opera fecerunt homi
nibus intuenda. Jſti faciunt ſicut homo vi-
na in flore vendens: ⁊ cum venerit hyems
non habet aliquid ad bibendum. Jtem faci
unt ſicut homo qui vēdidit agrū cuz ſemiat
⁊ cum venerit meſſis non habz quod in hor
reum ponat: ⁊ ſic hypocrite omnē mercedē
iuſte retributionis amittūt. ideo regnū dei
non intrabunt. Huius legimus figurā lib. j.
Mac. vj. Uenite anthiochus rex malus pu-
gnare cōtra iudā machabeū pncipem iuſti-
cie. ⁊ ille antiochꝰ ſedebat in magno elephā
te: quod videns iudas machabeus pmiſit
magnā mercedē cuidā militi noīe eleazar q̄
vadens ad prelium ⁊ vt magnā laudez ho-
minū haberet pugnauit contra antiochum
⁊ elephantē vicit ſed habuit ſe incaute quia
elephas cecidit ſup euz ⁊ occidit eū ⁊ ſic mer
cedem ſibi pmiſſam ppter vanam gloriam
amiſit. ⁊ cum machabeo caſtrum non intra
uit. Jta moraliter p antiochū nota dyabolū
qui ſedet in elephante. i. ſuperbia. vñ pſ. ſu
perbia eorum qui te oderunt aſcendit ſem-
per. ⁊ vult cōtra iuſtum hominem bellare.
Sed eleazar. i. vana gloria volens oēm mū
duz acquirere. ſicut phariſei pugnāt in cau-
te operibus inanis penitētie: q̄ faciunt hoi
bus ⁊ occidunt elephantē. i. dyabolum: ſed
occiduntur in anima. ⁊ ideo pdunt mercedē
⁊ ciuitatem quam iuſti intrant qui iuſticiaz
ſuam ad honorem dei faciunt. vnde Hugo
de ſancto victore. Sub hoſte inquit moritur
⁊ mercedem promiſſam perdit qui de virtu-
tibus gloriatur quas fecit. Ergo ad thema.
Niſi habundauerit iuſticia ⁊c. Secūdi qui
non intrabunt in regnum celorum ſunt iniu-
ſte iudicantes. Et hoc ideo quia iudex eter-
nus eſt iuſtus ⁊ rectum eſt iudicium eius di-
cit propheta in pſal. Sed heu iudices huiꝰ
mūdi ſunt ſicut iudices quos cōſtituit ſamu
el ppheta de q̄bus dr̄ Receperunt munera

et peruerterunt iudicium. i. Reg. viij. pſal.
Dextera eorum repleta eſt muneribus. et
ideo romani depingebãt iudicem in hunc
moduz. Sedebat in throno ⁊ erecta facie in
celuz ⁊ imago erat ceca carens vtroqꝫ ocu-
lo ⁊ vtraqꝫ manu. Et ratio erat hec. In thro
no depingebãt in ſignuz ꝙ diſtrictus iudex
ſedens in iudicio debz habere intẽtionem
ad illũ iudicem viuorũ ⁊ mortuorum ſuper
num. ⁊ qui eſt ſuper eum ⁊ ſicut ipſe iudicat
ſic iudicabit ab eo. vtroqꝫ oculo cecus in ſi
gnum ꝙ dextrũ oculuz non debet dirigere
fauore diuitum vel amicorũ vt illis magis
inclinetur ꝙꝫ pauperibꝰ. Siniſtrũ oculum
non habuit in ſignuz ꝙ non debz inuidioſe
iudicare vt illi male iudicet cui nõ eſt fauẽs
et illis iudicibus ſemꝑ debz iuſticia predica
ri. Item debz carere dextra manu: ita ꝙ nõ
ſit nimis auidus ⁊ non accipiat munera ⁊ ꝑ
uertat iudicia. Item non habuit ſiniſtram
manũ in ſignum ꝙ non ſit nimis mitis: ita
ꝙ homies ſuꝑ hec non faciant mala dicen
tes. Iudex eſt valde miſericors me non pu-
niet. Sed iſta imago non eſt depicta ⁊ eius
ſignificatio ſicuti eſt in terra noſtra. Cũ po
tius proch dolor qui iudiciũ tenent in terra
noſtra hi ſunt in quorum manibus iniqui-
tates ſunt. dextera eoꝝ repleta eſt muneri-
bus. ⁊ ſiniſtra diuicie ⁊ gloria. ergo non in-
trabũt nec ſedebunt cum altiſſimo iudice.
nota et ſic ptz ſcdm. Tertiꝭ qui non intrant in re
gnum celorum. ſunt iniuſte perſequẽtes et
inuidiam retinẽtes: in ira proximuz maledi
centes. Unde dicit dominus de iuſto qui in
iuſte perſequit. Qui maledixerit tibi ſit ille
maledictus. Nam inuidioſus homo eſt ve-
lut coluber ſerpẽs. vt dicit. prouerbio. xxiij.
de vino quãdo flaueſcit ⁊ ſplenduerit in vi
tro color eius. Ingredit blande ⁊ in nouiſſi
mo mordebit vt coluber ⁊ ſicut regulus ve-
nena diffundz. Sic homo inuidioſus inter
dum ſimulat ⁊ placet hominibus vt ſcrute
tur corda: nouiſſime aũt mordebit vt colu-
ber. Coluber eſt ſerpẽs a colore dictus ⁊ fu-
git lucem ⁊ colit vmbram. Item inuidioſus
multos colores conſiderat in proximo quẽ
odit. nam ſi videt colorem albũ: id eſt ꝓſpe
ritatez dolet in corde: ſi videt aduerſitatez
temporalẽ gaudet. colit vmbrã nugarũ: fu-
git lucem veritatis. Et ideo dicit. Eccle. xxi.
Quaſi a facie colubri fuge peccata. Inuidio
ſus homo aſſimilat dan filio patriarche ia
cob qui bñdicere filijs ſuis volens eis futu-
ra predixit. Geñ. xlix. Et dedit omnibꝰ bñ-
dictionem ⁊ bona eis prophetauit cuz autẽ
inſpexit dan conſiderans ꝙ eſſet inuidio-
ſus homo dixit. Filius meus dan quaſi co-
luber mordens in ſemitis, vngulas equi vt
cadat equus ⁊ ſeſſor eius. Ideo ipſe non in
trabit in terram promiſſionis vt accipiat
ſortem cuz filijs iſrael. Ita ſpiritualiter per
Dan. nota hominem inuidioſum qui eſt ſi-
cut coluber in via penitentis vite qui cupit
mordere per infamiam vngulas equi: id eſt
greſſus bonorum operum proximi cadit ſeſ
ſor: id eſt homo habens bonam famam.
Etem̃ accidit ſepe ꝙ coluber ſerpens volẽs
mordere calcatur ⁊ occiditur a tranſeunti-
bus: ita accidit ſepe ꝙ homo bonus et iuſtꝰ
detractiones lingue doloſe non timet. ſed
calcat cum manens in bono propoſito. Et
ideo talis inuidioſus non intrabit cum iu-
ſtis in regnum celorum. Ergo quo ad the-
ma. Niſi abundauerit iuſticia veſtra plus
⁊c. Quarti qui non intrabunt in regnum ce nota
lorum ſunt iniuſte offerentes. Nam q̃ vult
iuſte deo offerre: vt deus accipiat oblatio-
nem. vt patet in euangelio. debet tria con-
ſiderare. Primo cui offeras. Nã multi ſunt
qui deo non offerunt: ſed dijs alienis vnde
erant offerentes iniuſta ſacrificia. Sed illi
qui offerunt dijs alienis non intrabũt in re
gnum celorum. Nam multi ſunt qui offerũt
deo luxurie: ⁊ quicquid dant mulieribus ꝓ
pter luxuriam offerunt cum ſalomone ido-
lo moabitarum. de quo legitur. iij. Reg. xi.
ꝙ cor ſalomonis deprauatum fuit quo ad
luxuriam ꝙ obtulit idolo moabitarũ et eie
ctus eſt de regno. Aliqui offerunt ventri et
illi ſunt guloſi. De quibus Philip. iij. Quo-
rum deus venter eſt ⁊ ſuper his indignabi
tur deus: ideo non intrabunt in regnum ce
lorum. Item ſecũdo cõſiderare debes quã-
tum offeras. Nam ſi multuz habes ⁊ diues
es mlta debes offerre pauperibus: ſicut di
xit thobias ſenior. Si multũ tibi fuerit. tũc
multum offer fili mi. ⁊ honora eum de tua
ſubſtantia. Et ſi modicum habes. modicũ
affer in deuotione cordis. ſicut illa mulier q̃
pauper erat ⁊ obtulit duo parua munera in
templo cum deuotione cordis. ⁊ erat domi-
nus dicens. Hec mulier plus omnibus fe-
cit. Naz aliqui diuites obtulerũt florenos.
et hoc fecerunt pompoſe: ⁊ ideo vide quan-
tum offeras Tertio debet conſiderare vtꝝ
ſit iuſte acquiſitum. Nam aliqui offerunt
viliſſimum denarium deo ſicut cayn Item
aliqui offerunt deo quod a pauperibus re-
ceperunt. ⁊ illud nõ eſt deo acceptum: ſed de
proprio labore. Unde legimus figuram.
primi Regum decimoquinto. Samuel di-
xit ad Saul regem vt interficeret omnes

peſſimos ſodomitas iuxta terram filiorum
iſrael habitantes: ꝛ nõ parceret hominibus
nec iumentis eo ꝙ offendebãt deũ: ſed ſaul
pepercit diuitibus ꝛ iumẽta plura pinguia
retinuit: tunc ait ſamuel: quare pepercisti il
lis. Reſpondit vt offeram deo: hec fuerunt
de rapina: tunc reſpondit ſamuel. Plus eſt
obedientia ꝙ̃ victima .i. oblatio pecorũ. Ita
ſpũaliter multi ſunt qui rapiunt a pauperi
bus per vſuram ꝛ rapinam ꝛ latrocinium:
et de illis offerunt deo: melius eſſet ꝙ obſer
uarent obedientiam: quia deus prohibuit
vſuram ꝛ rapinam: ꝛ obedirent deo in pre
ceptis eius ꝙ̃ talem oblationem facerent: ꝛ
propterea ſaul fuit eiectus de regno: ita iſti
qui iniuſte offerunt diis: id eſt peccatis. Er
go quo ad thema. Niſi abundauerit iuſticia
veſtra ꝛc.

## ¶ Dñica ſeptima poſt trinitatis. ſer. xlviii.

Si dimiſero eos ieiu
nos deficient in via. Mar. viii.
Sunt eñi in vita preſenti quat
tuor magni defectus. Primus
defectus eſt vite breuitas. Vñ dicit pſ. Si
cut vmbra pretereũt. Secũdus defectus eſt
tedioſitas. vnde Job. x. Tedet animã meã
vite mee. Tertius defectus eſt irreuocabili
tas: qꝛ homo non põt reuocare vt illud qđ
neglexit recuperet. Unde dicit Luce. xvi. O
domine mitte lazaruʒ in domũ patris mei:
habeo eñi quinqꝫ fratres teſtetur illis ne ve
niant in hunc locum tormentorum. Reſpon
dit Abrahã. Hoc non poteſt eſſe: qꝛ magna
eſt diſtantia inter viuos ꝛ mortuos: vt mor
tui non poſſunt ire ad viuẽtes. Quartus de
fectus eſt indigẽtia vel neceſſitas. Nam ho
mo eſt nudus: ideo indiget veſtibus: homo
eſt ſitibundus: ideo ĩdiget potu: homo ẽ fa
melicus: ideo ĩdiget cibo. Ergo quo ad the
ma. Si dimiſero eos ieiunos deficiẽt in via
Et hoc oſtenditur in euangelio quod hodie
legitur. Cum turba plurima eſſet cum ieſu
nec haberẽt quod manducarent: cõuocatis
diſcipulis ait illis. Miſereor ſuper turbam:
quia iam triduo ſuſtinent me: nec habẽt qđ
manducent: ꝛ ſi dimiſero eos ieiunos defici
ent in via. Reſponderũt ei diſcipuli ſui. Un
de iſtos hic quis poterit ſaturare panibus
in ſolitudine. Et interrogauit eos dicens.
Quot panes habetis. Et reſponderũt ſeptẽ
panes. Et precepit turbe diſcumbere ſuper
terraʒ. Et accipiens ſeptem panes gratias
agens fregit: ꝛ dedit diſcipulis vt turbe ap
ponerent: ꝛ appoſuerũt turbe. Et habebãt
piſciculos paucos ꝛ ipſos bñdixit: ꝛ iuſſit ap
poni. Et manducabant ꝛ ſaturati ſunt: ꝛ ſu
ſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis
ſeptem ſportas. Erant autem qui mandu
cauerãt quaſi quattuor milia: ꝛ dimiſit eos
Et ſic patet euangelium. Ergo quo ad the
ma. Si dimiſero eos ieiunos deficient in via
Nota ꝙ quattuor ſunt vie in quibus multi
deficient. Prima eſt via per mundum. Secũ
da eſt via ad infernũ. Tertia eſt via ad pur
gatoriũ. Quarta ẽ via ad celũ. Pria ẽ via per
mũdũ ꝛ illa incipit quãdo homo naſcitur: ꝛ
finitur quando homo moritur. vnde in pſ.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo. viaʒ
ciuitatis habitaculi non inuenerũt. De hac
via que eſt multiplex multi errant. Legim⁹
figuram Exo. ꝙ Moyſes duxit filios iſrael
de egypto in ſolitudinẽ ꝛ errauerũt propter
diuerſa peccata: ita ꝙ pauci qui exierũt ad
terram promiſſionis peruenerunt. Ita mo
raliter xp̃s ductor noſter eduxit nos egypto
tenebrarum peccatorum noſtrorum ad viã
rectam. Unde ipſe ait. Ego ſum via qui ſeq
tur me non errat. Joha. xiiii. Sed ſicut duo
decim tribus filioruʒ iſrael errauerunt: ita
ſunt duodecim genera hominum in eccle
ſia qui errant in hac vita. Primi ſunt ſapiẽ
tes huius mũdi cuius oſtendit viam ſapiẽ
tie: ſed ipſi errant in via ſapientie ꝛ viã ſtul
titie facientes. Sapien. v. Errauimus a via
veritatis ꝛ lumen ſapientie non luxit nobis
Secundi ſunt non ieiunantes qui deberent
ambulare in via obedientie: ſed errando de
clinandoqꝫ veniunt ad viam inobedientie.
vnde .i. Johan. ii. Scribo vobis iuuenes. no
lite diligere mundum ne vos ſeducat: quia
omne quod eſt in mundo eſt concupiſcentia
carnis ꝛ concupiſcentia oculorum: ꝛ ſuper
bia vite. Tertii ſunt diuites quibus oſten
dit chriſtus viam miſericordie: ſed ipſi de
clinant ad viam auaricie claudentes viſce
ra pietatis ꝛ pauperibus non compatiẽtes
Unde .i. Joh. iii. Qui viderit fratrem ſuum
habere neceſſitatem ꝛ clauſerit viſcera ſua
ab eo quomodo charitas dei eſt in eo. Quar
ti ſunt ſuperbi quos dominus viam humi
litatis docuit dicens. Diſcite a me quia mi
tis ſum ꝛ humilis corde: ꝛ ipſi declinant a
via humilitatis ad viam ſuperbie: ideo er
rant in ſolitudine. Quinti ſunt pauperes
quos docuit patientie viam dicens. In pa
tientia veſtra poſſidebitis animas veſtras:
ſed ipſi declinant a via patientie blaſphe
mantes contra deuʒ dicentes. Et quare nõ
creaſti me ita diuitem ſicut talem ꝛ talem
Sexti ſunt iuuencule mulieres quas docuit
viã hõeſtatis ꝛ verecũdie ſʒ declinãt ad viam

impudicitie loquentes inhoneſte ornantes
ſe mundo vt alliciant ad peccata eas inſpi
cientes. de quibus ait Eſa. iij. quõ ambula=
bãt filie ſyon. nutibus oculoꝝ ibãt ⁊c. Item
in pſal. Filie eoꝝ compoſite circũornate vt
ſimilitudo templi. Septimi ſunt principes
infideles ſocij furũ. Octaui ſũt mercatores
quos docuit viam veritatis. Vñ ipſe dicit.
Ego ſum veritas: ſed ipſi declinãt ad viam
mendacij. ergo errant in ſolitudine. Noni
ſunt laboratores qui laborãt cum pigricia.
quos etiam docuit viam fidelitatis vt fide
liter laborent in vinea ſancte eccleſie: ſed ip
ſi declinant ad viam pigricie. Ideo dicitur.
Prouerbio. vi. O piger vade ad formicam ⁊
diſce ab ea prudẽtiaꝫ. Decimi ſunt ſacerdo=
tes ſine ſcientia. Unde Malch. ij. Labia ſa
cerdotis cuſtodiunt ſcientiam ⁊ legem req̃=
rent ex ore eius: q: angelus domini exerci=
tuum eſt: ſed ipſi declinãt ad viam luxurie
et imũdicie. Undecimi ſunt cõiugati quos
docuit viã cõcordie. ⁊ ipſi viuunt ſicut equ⁹
et mulus in quibus nõ eſt intellectus. Duo
decimi q̃ errãt illhac via deſerti ſunt religio
ſi ſine gratia qui nõ habent gratiam oran=
di neq; predicandi. Unde Jacobi pmo Reli
gio munda hec eſt munduꝫ ſe cuſtodire ab
hoc ſeculo. Iſti ſignificãtur per duodecim
tribus filioꝝ iſrael. ⁊ ſicut iſti nõ venerunt
ad terram ꝓmiſſionis. ita homines ſupra=
dicti non ꝑueniunt ad terram eterne vite
quam promiſit deus rectam viam ſeruanti
bus. Unde Eſa. Hec via domini ambulate
in ea. Ergo ad thema. Deficient in via. Se
cunda via eſt mala ⁊ illa ducit tempore mor
tis ad infernum. Unde ait Math. vij. Lata
eſt via que ducit ad mortem eternam. ⁊ illaꝫ
vadunt omẽs peccatores tempore mortis.
De iſta via legimus figurã. iij. Reg. xij. quã=
do filij iſrael fuerunt diſcordes tũc Jerobo
am erexit duo ydola ad vias duas qui duxe
runt homines ad templũ hieruſaleꝫ. Unũ
idolum iuxta viam bethel. ⁊ aliud iuxta viã
Dan ⁊ ſcripſit ita aureis lr̃is. Ecce dij tui iſ
rael qui te duxerũt de terra egypti. hic ado=
ra. ⁊ retinuit populũ ne irent per viaꝫ rectã
in hieruſaleꝫ. Ita ſpũaliter dyabolus exerit
in hoc mundo duo idola. ſ. ſupbiam ⁊ auari
ciam. que homines magis colãt. vñ Col. iij.
Auaricia eſt idoloꝝ ſeruitus quos tempore
mortis ducit Jeroboã. i. dyabolus in regnũ
ſuũ per viã tenebroſitatis ⁊ miſerie. De iſta
via quam ibit miſera aĩa dr̃ in pſ. Fiant vie
eorũ tenebre ⁊ lubricum. ⁊ angelus domini
eis miſſus perſequens eos q: conſiliũ ſuum
audire noluerunt: ⁊ iſta via multum eſt lata
q: multi inueniunt eam: ⁊ hec eſt via q̃ ad in
fernuꝫ ducit. Ergo ad thema. Si dimiſero
eos ieiunos ⁊c. Tertia eſt via que ducit ad
purgatorium vbi anima ducitur per ange=
lum. ⁊ ibi multas tribulationes ſuſtinet. ali
que mille annos. alique centum. alique de=
cem. alique tres horas. Tamẽ illa eſt ſatis
munda via. ⁊ ſic erit munda. ⁊ anima ſemꝑ
eſt in gratia ⁊ ſpe ſaluationis. De iſta dicit
Threñ. iij. Concluſit iniquus. i. dyabolus
vias meas tempore mortis lapidibus qua=
dratis. ſcꝫ peccatis obijciẽdo. ſed iſtas vias
ad quas ducitur anima ad purgatoriuꝫ po
teſt homo in hac vita per elemoſynarũ lar=
gitionem facere tutas ⁊ planas. Nam iuxta
illam ſedet dyabolus quaſi latro ſperãs ca=
pere animã: ſed ſi hic homo dat elemoſynã
pauperibus ducitur caute per angelum ad
purgatorium ⁊ de purgatorio ad celeſtẽ pa
triam. Huius legimus figuram. iij. Reg. ix.
quando rex Salomon regnauit in hieruſa=
lem ⁊ in omni regno iſrael ordiauit aliquos
homines accipere a traſeuntibus paſſagiũ
⁊ de illa pecunia ordinauit vt omnes tranſ
euntes tributum dantes eſſe ſecuri potue=
runt a latronibus ⁊ raptoribus. Ita ſpũali=
bus chriſtus dominus noſter ſapientiſſim⁹
⁊ pacificus rex ordinauit pauperes in hoc
mũdo vt acciperent elemoſynas tanq; paſ=
ſagium a diuitibus ⁊ quicquid ipſis datur
ipſi regi chriſto preſentãt. ⁊ tunc anima poſt
morteꝫ vadit ſecure viam purgatorij: ⁊ du=
citur per angelos quos deus ad hoc ordina
uit in via eterne vite ad patriaꝫ celeſtis glo
rie. Ergo ad thema: Si dimiſero eos ieiu=
nos deficiẽt in via ⁊c. Quarta via eſt ad por
tam ſalutis ⁊ ad patriam ſine omni purga
torio: ⁊ iſta eſt multum ſtricta ⁊ arta ⁊ illaꝫ
pauci inuenient ſicut dicitur. Math. vij. Ar
ta eſt via que ducit ad vitam ⁊ pauci inueni
ent eaꝫ: illam oportet nos cum palma victo
rie obtinere ſicut patres ſancti illam ante
nos obtinebant. De iſta via dicitur Sapiẽ.
x. Juſtuꝫ deduxit dominus per vias rectas
⁊ oſtendit illi regnum dei. De iſta via legi=
mus figuram Numeri. xxi. Quando filij iſ=
rael ambulabant per mare rubrum ⁊ vene
runt ad terram ſeon ⁊ rogauerũt vt permit
teret eos ambulare per regnum ſuum per vias re
gias pacificas: ⁊ in nullo vellent ei aliquid
moleſte inferre: noluit eis aſſentire: tunc di
xerunt. Oportet nos ire non eſt alia via niſi
iſta per regnum tuum ⁊ violenter intrabãt
⁊ rex Seon voluit eis reſiſtere ne ambula=
rent. ſed ipſi fortiter dimicabant regem et
omnem populum ſuum fugauerunt. Ita ſpi

ritualiter poſt hanc vitam non eſt alia via ⁊
niſi ꝑ terrā ſeon.i.diaboli: qꝛ tenebroſas vi-
as vadit anima: ſed quādo egreditur ani-
ma iuſti de corpore poteſt dicere ad regem
ſeon.i.diabolum: qꝛ ipſe eſt preſens cū egre
ditur de corpe permitte me ire pacifice ad
regnum eterne glorie: qꝛ diu dubitat anima
⁊ ſtat in porta mortis: ſicut patet de ſancto
hylarione monacho qui dixit ad animā pro
priam. Egredere quid times egredere quid
dubitas. lxxx. fere annis xp̄o ſeruiſti ⁊ mor
tem times. O ſi anima illius ſancti dubita-
bat quid faciet anima peccatoris moriētis
in mille peccatis mortalibus. Debet igitur
anima viri iuſti viriliter pugnare auxilio an
gelorum ⁊ ire per terram ſeon.i.diaboli. et
tunc fugit cum non habet partem in ea. ⁊
ſic ſecure vadit ad terram promiſſionis. Er
go quo ad thema. Si dimiſero eos ieiunos
deficient in via.

¶ Dominica octaua poſt trinitatis.
Sermo. xlix.

**A**Rbor bona fructus bo
nos facit. Math. vij. Nos vide-
mus ꝙ arbores domeſtice modi
cū fructificant inter ſpinas. Ra
tio eſt: qꝛ ſpine naturaliter ſunt ſicce ⁊ glo-
merant terram cum radicibus ⁊ trahūt ad
ſe humorem: ideo homo habens bonā ar-
borem in orto ſuo non permittit creſcere ſpi
nas iuxta eā: ſed eradicat eas. Ita ſpiritua
liter homo deuotus velut arbor bōa volēs
fructificare in bonis operibus miſericordie
nō permittit creſcere peccata: nec in corde
nec in ore: nec in opere: ſed per confeſſionē
contritionē ⁊ ſatiſſactionē. vn̄ hō eſt ſicut ar
bor ꝑuerſa ſicut arbor naturalis hꝫ radicē
plātatā in terram ⁊ ramos in celum: ita ho
mo habet radicē que eſt caput hominis ver-
ſus celum: et ramos que ſunt brachia ⁊ pe-
des verſus terram: in ſignum ꝙ in mundo
debet habere fructum in operibus miſeri-
cordie ⁊ non in celo: nā in celo non indiget
veſtimentis. Ibi enim omnes domeſtici dei
veſtiti ſunt duplicibus ⁊ ſtola claritatis.
Ibi nō o dit hoſpita peregrinum: quia ſunt
omēs ciues ⁊ domeſtici dei. Ibi nemo dicit
ciba eſurientem: quia ibi omnes ſedent ad
menſam patris. Ibi nemo dicit: pota ſitien
tem: quia ibi bibunt de vino deitatis quod
letificat cor hominis. Ibi nemo dicit: ſepelli
mortuum: quia omnes ſunt ibi viuentes et
nunꝗ̄ morientes. Ibi nemo dicit. ſolue cap

tiuū: quia ibi omnes ſunt liberi: ſed hoc de
bet homo in terra facere cū pedibus ⁊ bra
chijs que ſunt rami plantate arboris bone
in terra huius mūdi velut in orto vt hic fru
ctū faciat ⁊ nō i celo: ſꝫ ibi fruat̄ fructibꝰ q̄s
ꝓducebat in terra. Ergo ad thema. Arbor
bōa fructus bonos facit: ⁊ de hoc ait in euā
gelio hodierno. Dixit ieſus diſcipulis ſuis
Attendite a falſis prophetis qui veniūt ad
vos in veſtimentis ouium intrinſecus autē
ſunt lupi rapaces: a fructibus eorū cogno
ſcetis eos. Unde dicam vobis parabolam
Nūquid homīes colligunt de ſpinis vuas:
aut de tribulis ficus: certe non. Sic omnis
arbor bona fructus bonos facit. Omnis ar
bor mala malos fructus facit Non poteſt
arbor bona naturaliter malos fructus face
re: ſic etiam arbor mala non poteſt natura-
liter bonos fructus facere. Omnis arbor.i.
homo que non facit fructum bonum excide
tur ⁊ in ignē mittetur. Igitur ex fructibus
eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui di
cit mihi domine.i.qui ſolum credit in deum
⁊ non perficit in opere intrabit in regnum
eorum: ſed qui facit voluntatem patris mei
qui in celis eſt: ipſe intrabit in regnum celo
rum. Et ſic patet euange. Unde ſciendum
ꝙ omnis arbor bona: quattuor bona debet
hr̄e. Pr̄io folia. ſecūdo dꝫ hr̄e. tertio dꝫ hr̄e
flores. quarto debꝫ habere fructus: ita qui
libet homo. Primo dico ꝙ omnis arbor de
bet habere folia. Folia ſignificant bonā vo
luntatem: nam quando arbor emittit folia
intendit facere fructus: ita bona voluntas
in homīe precedit fructū: ſed multi ſunt ho
mines qui bene habent bonas cogitatiōes
⁊ non faciunt opera. iſti aſſimilantur arbo-
ri quam vidit dominus ⁊ queſiuit fructum
⁊ non inuenit ⁊ maledixit: ⁊ ſtatim aruit.
Ita multi homines cogitant: tu vis emen-
dare ſtatū tuū. tu enim es in peccatis mor
talibus: ſed non faciunt fructum ꝙ ſe emen
dent ⁊ cōuertātur. ⁊ hoc facit ſuggeſtio dia-
bolica fundens venenum iuxta radicem di-
cens. Non adhuc: ſed quando ſenueris tūc
emendes. Huius legimus ſpecialem doctrī
nam. ⁊ Plinius magiſter in naturis dicit ꝙ
in india eſt arbor multum pulchra habēs
lata folia ⁊ optimꝰ fructus creſcit in ea: ſed
interdum venit ſerpens venenoſus ⁊ fun-
dit iuxta radicem venenum intoxicans ar-
borē: ⁊ ſtatim incipiūt folia cadere: qd̄ vi-
dens hortulanus ſtatim perforat arborem
in ſummitate ⁊ īfundit illi tyriacā: ⁊ ſtatī fo
lia reuiuiſcūt ⁊ germināt ⁊c.. Ita ſpūalr̄ hō
qn̄ cogitat ꝙ velit ſe emēdare in ſuo ſtatu ⁊

confiteri ⁊ nunꝗ͂ amplius peccare ⁊ deo ſer
uire ⁊ ſic producit vt arbor folia: hoc vidēs
dyabolus ſerpens venenoſus qui decepit
adam ⁊ euam in ſpecie ſerpentis infundit
venenum male cogitationis ⁊ diffidentie
ꝙ adhuc diu expectet. Certe tūc iſte homo
debet facere ſicut hortulanus in india debꝫ
perforare cor eius cum terebello paſſionis
chriſti qui fecit corpus ſuum perforari pro-
pter eum: ⁊ debet cogitare ꝙ talis paſſio in
eo nō perdatur: ⁊ tunc xp̄us infundit tyria-
cam: id eſt gratiam diuinam ad inſpiratio-
nē bonam. ⁊ ſic reſumit ſua folia ⁊ expellit
venenum peccati per confeſſionē cōtritio-
nem ⁊ ſatiſfactionē. ⁊ ſic nō maledicetur in
die mortis ⁊ iudicij: vt arbor ficuū iuxta viā
nō habens niſi folia. ⁊ ſic ptꝫ primū. Scd̄o
dico ꝙ arbor bona debet habere ramos ex-
tenſos. Unde ſapiens de iuſto homine ⁊ ti-
mente deū dicit. Eccle. i. Radix ſapientie ē
timere deum. ⁊ rami illius longeui. Et ideꝫ
Eccle. xxiiij. Rami mei rami honoris ⁊ gra
tie. Sicꝫ quilibet homo debet habere ſex
ramos honoris ⁊ gratie. Primus eſt ramꝰ
cognitionis ſuijpſius. vt homo cognoſcat
fragilitatem ſtatim ꝓprij defectus ⁊ ſic mū
det cōſcientiam ſuā ab operibus mortuis
ſicut dicit apoſtolus. Sup hunc ramū debꝫ
ſedere auis que dicitur pauo. que talis eſt
nature qn̄ de nocte dormit ⁊ cum vigilat ci-
to clamat: quia timet pulchritudinem ami
ſiſſe. ita anima deuota dormiēs in tenebris
huius corporis cum vigilat ſemper debet
cogitare ne pulchritudinem perdat. ⁊ ſic ſe
humiliet ⁊ dicat cum propheta dauid. Mi
ſerere mei deus quoniā infirmus ſum. Se-
cūdus ramus huius arboris eſt compaſſio
nē hr̄e cū ꝓximo: qꝛ qn̄ hō cōſiderat ꝙ hō pa
titur: ⁊ eī compatitur ſicut mēbrum mem
bro. Nam xp̄us eſt caput noſtrum ⁊ nos in-
uicem mēbra eius ſicut dicit apoſtolꝰ Su-
per illum ramū ſedet ſcd̄a auis que noctua
dicitur que talis eſt nature vbi homo infir-
matur ibi volat et clamat. ita debet facere
hō iuſtus cū viderit hoiem infirmari ⁊ mo-
ri in pc̄tis mortalibus dꝫ ſibi appropīqua
re ⁊ pro eo orare vt deus eū cōuertat a pec-
catis mortalibꝰ. Un̄ Jacobi. v. Orate ꝓ inui-
cem vt ſaluemini. Tertius ramꝰ virtutum
eſt patiētia. nam aīa ſe cognoſcēs ꝓximo cō
patientē extunc ꝑfectior erit ſi oīs tribula
tiōes quas mūdus dyabolus ⁊ ꝓximꝰ pn̄t
ſibi inferre ſuſtinet patiēter. Un̄ chriſtꝰ in
euāgelio ait. Lu. xxi. In patiētia veſtra poſ
ſidebitis aīas veſtras. Sup hūc ramum ſe
det tertia auis q̄ dr̄ cignꝰ que talis eſt natu

re quando morti appropinquat tunc dulci-
ter cantat. ita hō iuſtus qui expectat futurā
gloriam ⁊ ſcit ſe ſecurū quādo mors natura
lis venit ⁊ gaudet. vnd̄ Philip i. Cupio diſ-
ſolui ⁊ eſſe cum chriſto. Quartus ramus eſt
gratiarum actio. Nam qn̄ aīa cōſiderat tā
ta bn̄ficia que recepit a deo ꝙ ipſam creauit
rēdemit ⁊ dn̄am mūdi fecit. ⁊ reginam celi
elēgit. tūc reddet gratiarū actiones. vnde
Bern̄. Ingratitudo eſt vētus exiccās oēm
fontē ⁊ imbrē grē ⁊ mīe: ⁊ iō dauid dicit in
pſal. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in
vita mea. Sup hūc ramū ſedet quarta aui-
cula que dr̄ philomena que talis eſt nature
ꝗ̄to de mane dies magis appropinq̄t tāto
dulcius cantat. ita talis aīa iuſti hoīs ꝗ̄to
gratia dei magis appropinquat tanto dul
cius laudat. Quintus ramus huiꝰ arboris
virtutum eſt deſideriū eterne vite. Nam aīa
cognoſcēs malū ſtatū huius mūdi deſide-
rat magis eternam vitā ꝗ̄ ⁊c. vn̄ Auguſti.
Quādoꝗ͂ traxit me honeſtas huius mūdi
ſꝫ modo ſtatus mūdi mihi apparet eſſe fal
ſitas ⁊ vanitas: vt dicitur Eccle. i. Quod cō
ſiderans aīa anhelat ⁊ ſpirat ad vitā eter-
nam oīa terrena conculcādo. Sup hunc
ſicut dicit apoſtolus. Sicut ſanguis humanus clamat ꝓ vindicta ita ſanguis xp̄i pro miā. alioquin deus iam deſtruxiſſʒ totū mūdum. ita miſerabiliter fundiť iam ſanguis humanꝰ. pſ. Effuderūt ſanguinem velut aquam in circuitu. Tertiū pctm̄ clamat voce ſua ⁊ eſt merces retenta. Vñ Jaco. v. Merces operarioꝝ qui meſſuerūt terram retenta eſt eis: clamat ad dn̄m ⁊ clamor eiꝰ in aures dn̄i ſabaoth introiuit. Quartū peccatū quod voce ſua clamat eſt oppreſſio viduarū et orphanorum. Eccle. xxxv. Dn̄s nō deſpiciet preces pupilloꝝ viduarū ⁊ orphanoꝝ. Nam ſi leſeris eos vt lachrymenť ⁊ clamēt talis clamor aſcēdit vſq; ad celū ⁊ dn̄s exaudiet ⁊ vindicabit. Quintū pctm̄ clamās eſt mutū ⁊ luxuria inordinata que iam regnat per totū mundū. vñ Gen̄. xviij. dixit dn̄s ad abrahā. Clamor zodome ⁊ gomorre multiplicatus eſt nimis ⁊ pctm̄ eoꝝ aggrauatuʒ eſt. deſcendaʒ ⁊ delebo eos. Et ſequiť. Pluit dn̄s ſup zodomā ⁊ gomorrā ſulphur ⁊ ignē Heu heu iā totꝰ mūdus venit ad talē ſtatū quicq̄d clamāt hec quinq;: ſcʒ ſanguis hūanus vſura: zodoma: merces: retenta. ⁊ vox predicantium ⁊ cōminantiū: homies ſurdi ſunt ⁊ nō curant ex quo iſtas voces clamantes nō curant opʒ eos audire quartā voceʒ ſcʒ reſuſcitantiū que ſequiť. Quarta vox eſt reſuſcitantiuʒ hec vox eſt valde horribilis. Clamat nāq; xp̄s ad modū leonis qui nos reſuſcitabit. Nam leo qñ parit filios ſuos mortui ſunt. tunc prima die clamat. ſcd̄a die clamat. ſed tertia die audiūt ⁊ reſurgūt. ita xp̄s clamauit prima die ſue predicatiōis: ſʒ nō audiuimus. clamauit ſcd̄a die in cruce ⁊ nō audiuimus. ſʒ clamabit tertia die videlʒ in die iudicij ⁊ opʒ nos audire ſiue volumꝰ ſiue nō. Item clamat vox āgeloꝝ. Surgite mortui venite ad iudiciū. vt ptʒ in euange. Mat. xxv. Mittet filius angelos ſuos ⁊ colligent a quattuor ptibus mūdi: ⁊ tūc ſurdos faciet audire. Nam aliqui ſūt ſi poſſent obſtruere aures libenter facerēt: ſed illō optʒ contra q̄d nullū eſt remediū: tūc plangēt ſe oēs tribꝰ terre. vñ Eſa. xxvi. Expgiſcimi ⁊ vigilate q̄ dormitis in puluere terre. Ergo ad thema. Surdos fecit audire ⁊ mutos loq.

¶ Dn̄ica decimatertia. Sermo. liiij.

b Eati oculi qui vident q̄ vos videtis. Luce. x. Diciť em̄ in rerū natura q̄ aquila ſolē in ſplēdore ſuo clariſſimis oculis ſuis clare intueť et non reuerberat oculos q̄ntomagis verus ſol deus oculos mentis poteſt delectare et ſuauitatem cordis inducere ⁊ ad hoc faciedum tria requirūtur que oculis naturalibꝰ delectationem inducunt. Primum eſt quādo res quam videt oculus ſit ſpecioſa ⁊ delectabilis tūc oculus delectatur. Secūdum eſt quando mediuʒ deducens viſum fuerit clarum. q2 in medio tenebrarū non poteſt clare res ſpecioſa intueri. Tertiū eſt quando viſus in ſe ſit clarus. ideo homo habēs debiles oculos non poteſt ſuſtinere lucem. Ita tria ſunt que oculos mentis delectant. Primū eſt res ſpecioſa que eſt ipſe deꝰ. vnde pſal. Specioſus forma pre filiis hominum Scd̄m mediū eſt proximus quando homo inſpicit proximū ⁊ pulchrā imaginem tunc eſt tanq̄ mediū quo dirigiť oculus ad deuʒ cognoſcendum vt per viſibilia ad amorē inuiſibilium inducamur. Tertiuʒ quaſi clarꝰ viſus eſt cognitio deitatis mediāte fide: q̄muis em̄ oculus exterior deū ſicut eſt non videt. fide tamē oculus cordis ipm̄ videt: et ipm̄ clare videbit i futuro ſicut ē. ⁊ hec tria oſtendūtur i hoc euange. Di. ie. di. ſ. Beati oculi q̄ vident que vos videtis videlʒ deū in humanitate. Naʒ ego dico vobis q̄ multi ꝓphete ⁊ reges deſiderabāt videre que vos videtis. ſ. xp̄m filiū dei de virgine natū. ⁊ audire eiꝰ doctrinam quā vos auditis ⁊ nō audierunt auribꝰ corporalibꝰ. ⁊ cū hoc diceretʒ Ecce quidam legiſperitus: id eſt doctor in lege temptans eū dixit. Magiſter q̄d faciedo vitam eternam poſſidebo. At ille dixit. In lege q̄d ſcriptū eſt. Quo legis. Ille rñdēs dixit. Diliges dn̄m deū tuū ex toto cord tuo et ex tota anima tua. ⁊ ex omibus viribꝰ tuis: ⁊ ex om̄i mente tua. ⁊ proximū tuuʒ ſicut teipm̄. Dixitq; illi. Recte reſpondiſti. Hoc fac ⁊ viues. Ille aūt volēs iuſtificare ſeipm̄ dixit ad Jeſum. Et quis eſt meus ꝓximus. Suſpiciens autem ieſus dixit parabolam. Homo quidam deſcendebat ab hieruſaleʒ in hierico ⁊ incidit in latrones qui etiaʒ deſpoliauerunt eū. ⁊ plagis impoſitis abierūt ſemiuiuo relicto. Accidit vt ſacerdos quidā deſcenderet eadem via. ⁊ viſo illo preteriuit ſimiliter ⁊ leuita cū eſſet ſecus locū ⁊ videret eū pertranſiit. Samaritanꝰ aūt iter faciēs venit ſecus eum ⁊ vidēs illum miſericordia motus eſt. Et appropians illi alligauit vulnera eius infundens oleum ⁊ vinū ⁊ imponens illum in iumentū ſuū duxit in ſtabulū et curam eius egit. ⁊ altera die protulit duos denarios ⁊ dedit ſtabulario ⁊ ait. Curā illius habe ⁊ quodcumq; ſupererogaueris ego cum rediero reddam tibi. Quis horuʒ inter ſacerdotem leuitam ⁊ ſamaritanum

ſibi videtur ꝓximus illi fuiſſe qui incidit in
latrones. Et ille dixit. Qui fecit miſericordi
am in illum. Et ait illi ieſus. Uade ⁊ tu fac
ſimiliter. ⁊ ſic pꝫ euangeliuꝫ. Jſta parabola
eſt quo ad genus humanū. Homo vulnera
tus inter latrones eſt genus humanum qđ
cecidit per peccatū primorum parentum et
iacuit extra viam ſpoliatus omnib⁹ virtuti
bus. ſed venit ſacerdos .i. prophete ⁊ ſacer-
dotes qui ſanare eū nō poſſunt. Leuite fue
runt de illis qui ſub ſacerdotib⁹ fuerunt et
ſeruiebant in templo dei qui non poterant
curare. Sed venit ſamaritanus .i. xp̄s. ⁊ in-
fudit oleum miſericordie ⁊ vinum pietatis
et ſanauit gen⁹ humanū. Ergo quo ad the
ma. Beati oculi qui vident que vos videtis
ſcilꝫ chriſtū in humanitate in ip̄m credendo
non ſolum oculis corporalib⁹ quibus ip̄i iu
dei eum viderūt ſed oculis mentis ip̄m con
templando ⁊ illum ſubſequendo. Ergo bea
ti oculi ⁊c. Nota ꝙ oculi iuſti hoīs quattu
or debent videre. P̄rio ad ſundendū lachry
mas ad purgandū proprium delictuꝫ. Se-
cūdo debent videre bona exempla ꝓximi ad
imitanduꝫ. Tertio debent videre pulchras
creaturas ad laudandū deū. Quarto debēt
videre celeſtia ad exorādū deū. Primo dico
ꝙ oculi iuſti hominis debent videre vt fun
dant lachrymas ad purgandū propriū de-
lictum. vnde pſal. Exitus aquarū deduxe-
runt oculi mei: q̄a non cuſtodierunt legem
tuam domine. Naꝫ ſepe homo offendit deū
oculis videndo illicita. de quibus cadit ho-
mo in conſcientia ad conſenſum peccatoꝝ.
Huius legim⁹ figuram. ij. Reg. xi. ꝙ dauid
poſt meridiem deambulauit in aula ſua et
vidit pulchram mulierem vxorem vni⁹ mi-
litis ⁊ ex aſpectu oculorum cecidit per con-
ſenſum in peccatum mortale. Et illud poſt-
modum deleuit per lachrymas. per cōfeſſio
nem ⁊ ſatiſfactionem. ideo dicit in pſ̄. Per
ſingulas noctes lectum meū lachrymis me
is rigabo. Cum deus per peccatum offendi
tur per lachrymas reconciliatur. Huius fi-
guram legimus. Gene. viij. Terra erat ita
cooperta cum peccatis hominum ꝙ de⁹ di
xit. Penitet me feciſſe hominem. Uenit igit̄
inundatio aquarum ⁊ purgauit totam ter-
ram ⁊ lauit eam ab omnibus immundicijs
eius. ⁊ octo homines qui fuerunt in area il-
los deus benedixit ⁊ poſuit arcum in ſignū
miſericordie in nubibus celi. Et colūba ve-
nit ad noe poſtq̄ꝫ mundata erat terra ⁊ por
tauit ramum virentibus folijs in ore de ar-
boꝛe oliuarum. Jta moraliter homo offen-
dit deum per viſum ſuorum oculorum cōcu
piſcentia mala auaricie luxurie ⁊ ſuperbie.
ita dn̄s poteſt bene dicere. penitꝫ me feciſſe
hominem peccatorem: ſed cum venit diluui
um aque lachrymarum. tunc excuſſis omni
bus peccatis deus reconciliatur. ⁊ arcuꝫ fe-
deris .i. miſericordiam ponit in nobis. tunc
ſaluantur in arca conſcientie octo perſone.
id eſt octo beatitudines ⁊ columba .i. gratia
ſpūſſancti venit in arcam conſciētie portās
pacem ⁊ ſpem vite eterne. ⁊ aqua lachryma
rum purificat illa que oculus ab extra vidit
⁊ maculauit. Unde Hierony. ſuper Math.
Sicut poſt vehemētes motus aeris aer pu
rificatur ⁊ terra fecundatur. ita poſt lachry
marum pluuias ſerenitas mentis inducit.
Et ſic patet primum ꝙ oculi iuſti hominis
vident conſcientiam immundam ⁊ fundūt
lachrymas ad purgandum. Secundo dico
ꝙ oculi iuſti hominis vident bona exempla
proximi ad imitandum. Unde Prouerbio.
iiij. Oculi tui recta videant: ⁊ ſimilia faciāt
ſed multi ſunt qui vertunt magis oculos ad
vana huius mundi videnda: ⁊ inde anima
ſepe maculatur: vt patet Gene. xxxiiij. in fi-
gura. Jacob venit cum familia ſua de meſo
potamia per terram gentilium: ⁊ dixit ad
pueros ſuos ⁊ ad familiaꝫ ſuam: maneatis
ſimul: ⁊ nullus ſe abſentet nec dimittat ſoci
etatem noſtrā: ſed pulchra puella filia eius
dyna nomīe exiuit de ſocietate vt videret mu
lieres ⁊ vanitates regiōnis illius: cū videret
filius p̄ncipis gentilium app̄hendit puellā
⁊ violauit eam. Jta moraliter nos ſum⁹ in
via per quā tendimus ad patriā noſtram.
ideo oportet nos manere in via recta ⁊ iuſta
Unde Deute. v. Non declinabitis neq̄ꝫ ad
dexteram neq̄ꝫ ad ſiniſtram: ſed per viā quā
precepit dominus deus veſter ambulabitis
Sed ſunt multi qui dimittūt ſocietatem bo
nam .i. vitam ſanctorum qui ſuis bonis ope
ribus meruerunt tenere viam vite: ſed iam
vertunt oculos ad vana huius mundi: qđ
videns diabolus capit animam maculat ⁊
priuat eam virtute ac ducit ad conſenſum
peccatorum: ſicq̄ꝫ miſera anima ābulat poſt
mortem: nec veniet ad patriam cum electis
Jere. ix. Heu heu mors intrauit per fene-
ſtras. Feneſtre ſunt oculi per quos vadit ad
animam aut mors aut vita: ideo claudatur
diabolo ⁊ aperiatur xp̄o. Tertio dico ꝙ ocu
li beati vident creaturas quas deus creauit
nobis ad vtilitatem: ⁊ ſibi ad laudē ⁊ hono
rem. vn̄ pſ̄. Uidebo celos tuos opera digi-
torū tuoꝝ: lunā ⁊ ſtellas q̄ tu creaſti ⁊ illas
debēt videre boni hominis oculi vt laudent
creatoreꝫ in creaturis: q̄ creature ſunt velut

ſpeculũ in quo relucet potẽtia patris. ſapiã filij: bonitas ſpũſſancti. vnde. i. Cor. xiij. Uidemus nũc per ſpeculũ in enigmate: ⁊ poſt hanc vitam facie ad faciez: ſed ocu li auari hoīs vident creaturas: videlicz domos pulchras poſſeſſiones: animalia: agros: vineas ⁊ deſiderant ⁊ optãt ⁊ cogitant ſtatiz in corde ſuo. Utinam illa res eſſet tua. Et hoc eſt maximum peccatũ: quia dicit in preceptis dñi. Non concupiſces rem proximi tui inuiſte: ſic fecit achab rex iſrael: vt patet. iij. Regũ. xxi. Uidit vineam pulchrãque erat vnius qui dicebatur naboth ⁊ miſit pro eo: et dixit. Da mihi vineam tuam qui noluit conſentire: propter hoc fuit lapidatus: ⁊ peccauit ille rex mortalr̃ per viſum ⁊ damnatus eſt eternaliter. Quod autem oculi hominis auari omnia que vident concupiſcũt. Legimus figurã zach. v. vbi angelus domini oſtẽdit zacharie mulierem ſedentem in amphora que habuit oculos videntes in vniuerſaz terrã: tandẽ venit angelus ⁊ poſuit ſup os amphore talentũ plumbi: venerunt due mulieres habentes alas miluí: ⁊ duxerunt amphoram cum muliere in terram ſennaar: ⁊ poſuerunt eam ibi. Ita moraliter mulier ſedẽs in amphora cuius oculi ſunt in vniuerſa terra eſt auaritia cui non ſufficit quod habet: ſed deſiderat omia que videt in vniuerſa terra. Talentuz plumbi quod poſuit angelus ſuper os amphore eſt poſitum in ſignuz impietatis: q2 auarus eſt impius claudi tur os eius ad orandum pro gratia diuina. vnde pſ. Muta fiãt labia doloſa. ⁊ clauditur cor ad compatiendũ proximo: ſed venerunt due mulieres habentes alas miluí id eſt auiditas in acquirẽdo ⁊ auſteritas in poſſidendo: tanq̃ miluus rapiendo quicq̃d oculi vident: hec tollent eum de terra viuentium ⁊ perducent ad terram morietium. vnde Mat. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus proiicite euz in tenebras exteriores ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Ergo ad thema. Beati oculi qui non concupiſcunt rem proximi: ſed videntes creaturas laudent creatorem. Quarto dico ꝙ oculi beati hominis deſiderant eternam gloriam. Naz videmus ꝙ oculi beatorum ⁊ iuſtorum ſolent leuari ad celum: vnde poſſunt diuinam gratiaz expectare. vnde pſ. Leuaui oculos me. in mõ. vñ veniet auxi. mihi. Sed multi ſunt q̃ magis leuant oculos vt videant honores huiꝰ mundi q̃ honorem celi cum tamẽ honores mundi cito tranſeant. Unde romani depingebant honorẽ huius mũdi in templo apollinis ad modũ hoīs habẽtis roſaz ĩ dextra lilium in ſiniſtra: ſupra ſolſequiuz: infra abſynthium: ⁊ ſcripſerunt ſupra imaginem: leuate: ⁊ quod ſignificat cõſiderate. Nam homo cum eſt in honore huius mundi floret vt roſa delitijs ⁊ diuitijs: ſed de veſpere. i. de tẽpore mortis ⁊ aduerſitatis areſcet ⁊ ab omnibus vilipenditur vt roſa arida q̃ proiicit cito cum arida eſt. Ita in ſiniſtra lilium album cum ſuis folijs: nam lilium bene redolet vel bonum dat odorẽ dum floret: ita gratia hoīs cũ eſt in honore mundi: ſed quando folia cadũt cito ſordeſcũt: ita cũ hoīs honor cadit ⁊ aduerſitas ⁊ mors venit: tunc cito honor ⁊ vires ſordeſcunt. Item ſolequiũ ſupra: in ſignũ ꝙ ſolſequiũ hȝ talem naturam quãdo ſol oritur aperitur: ſed dũ ſol recedit ⁊ occidit clauditur. Ita fortuna ⁊ honor mũdi cum ſol proſperitas aduenit ⁊ oritur aperit homo oculos ⁊ videt cuncta ſibi placentia: ſed cũ ſol occidit. i. cũ mors venerit ſtatim oculi claudũtur: ⁊ tunc nihil videt niſi tenebras ⁊ clauditur in ſepulchro. Itez infernus abſynthiũ in ſignũ ꝙ omnis delectatio mundi mundo ẽ dulcis in peccatis: ⁊ erit amara poſt hanc vitã. Eſaie. xxiiij. Erit potio amara bibentibus illã: blande ingreditur. ſed erunt eius nouiſſima quaſi abſynthium. Itẽ pſ. Fel draconũ vinum eo. ⁊. ve. aſ. in. Ergo ad thema. Beati oculi qui vidẽt tranſitoria vana ⁊ deſpiciunt: ⁊ celeſtia appetunt: ⁊ cũ deo eternaliter gaudent.

¶ Dñica decimaquarta. Sermo. lv

**Vnus illorum vt vidit** quia mũdatus ẽ regreſſus eſt magnificãs deũ. Luc. xvij. Nihil vtiliꝰ homi quo ad animã niſi gratia diuina. Homo eſt quaſi mortis imago: ⁊ quaſi vas vacuum ⁊ fractũ. vñ pſ. Factꝰ ſuz tãq̃ vas pditũ. Et ĩ alio pſ. Tãq̃ vas figuli confriges eos: iõ ait Paulꝰ. Grã dei ſuz id qð ſuz. Nã multi hũerũt ſanitatẽ corpis ſine grã dei ⁊ pierũt. ⁊ ſicut grã valet ſup oĩa ad ſalutẽ aĩe: ita ſanitas corpꝰ. vālz hoĩ ⁊ vtiliꝰ ẽ oibꝰ diuitijs mundi. Ergo dicit Cato. Eger diues hȝ nũmũ: ſȝ nõ hȝ ipſȝ. Si hõ ſp eẽt ĩfirmꝰ q̃d ſibi valeret auꝝ ⁊ argẽtũ terre vilis. Ad ſanitatẽ obtinẽdã tria ſũt neceſſaria. Pꝛio ſapiẽti medico ſuã ĩfirmitatẽ oñdere. vñ Eccl. xxxviij. Altiſſimꝰ creauit medicinã de t̃ra ⁊ vir prudẽs nõ abhorrebit eã Secũdũ ẽ pceptũ medici obſuare: ſi ĩfirmꝰ nollet obedire medico ipm̃ curare nõ poſſet vñ Greg. Ipe ſe iterimit q̃ pcepta medicorũ negligit. tertiũ ẽ ſaĩtatis bñficiũ medico reddere: vñ Bern. Ingratitudo eſt ventus exu-

rens ⁊ exiccans omnem fontem gratie. De
hijs bñficijs chriſti circa curationē leproſo
rum legitur in hoc euangelio. Cū iret ieſus
in hieruſalem trāſibat per mediā ſamariā
que fuit regio gētiliū iuxta regionē galilee.
et cum intraret in quoddā caſtellū occurre-
runt ei decem viri leproſi qui audierūt q̄ ie
ſus illuc veniret ⁊ ipm̄ ibi expectabāt extra
portam caſtelli in monte. Cū aūt dominus
venit cū diſcipulis ſurrexerūt leproſi ⁊ ſte-
terunt a longe non audētes ſibi appropin-
quare ⁊ leuauerūt vocem dicētes. Jeſu pre
ceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit miſe-
ricordia mot⁹: q̄ ſibi propriū eſt miſereri
dixit eis. Jte ⁊ oſtendite vos ſacerdotibus.
Et factum eſt dū irent mundati ſunt. Un⁹
autem ex illis vt vidit q̄ mūdatus ē regreſ
ſus eſt cum magna voce laudis laudās deū
et cecidit in faciem ſuper terrā ante pedes
ieſus gratias agens. Et hic erat ſamarita-
nus. Rñdens autē ieſus. Nōne decem mun
dati ſunt. Et nouē ibi ſunt. Non eſt inuen-
tus qui rediret ⁊ daret gloriam deo niſi hic
alienigena: id eſt ab extra veniens. Et ait il
li ieſus. Surge ⁊ vade: q̄ fides tua te ſaluū
fecit. Et ſic patet euāgeliū. Nota q̄ quattu
or modis: id eſt quattuor de cauſis mūdat̄
aliqua res. Primo mūdatur corpus vt fiat
ſanius. Scd̄o mūdatur domus vt fiat mun
dior. Tertio mūdatur frumentū vt fiat pu-
rius. Quarto mundatur facies vt fiat cla-
rior. Primo dico q̄ corpus mūdat̄ vt fiat ſa
nius per medicinā laxatiuā. vt patet de me
dicis. Quādo eñ mali humores veniūt in
corpus hoīs inde inficit̄ corpus ⁊ inde ſepe
maculatur: ⁊ inde q̄nq̄ leproſitas generat̄.
Debet igit̄ malos humores in ſe p̄ herbas
amaras purgare. Jta homo ſepe ſpūaliter
in anima maculat̄ p̄ malas cogitationes. p̄
mala v̄ba. ⁊ malas operatōnes. ⁊ inde corā
angelis anima ſordet ſicut leproſus. deſpi-
citur ⁊ eijcitur. Debet aūt talis anima ſenti
ens ſe grauatā malis humoribus pctōrum
querere medicū miſericordem ⁊ offerre illi ſi
cut leproſi ſolebāt in veteri lege. De qua le-
gimus Leuit̄. xiiij. Quādo eñ leproſus ho-
mo mūdabatur a lepra offerebat duos paſ-
ſeres viuos: ⁊ tunc ſacerdos accipiens illos
paſſeres iuit cū leproſo in flumine aq̄ ⁊ vnū
occidit in vaſe terreo ⁊ miſcuit ſanguinē cū
aqua ⁊ habebat aſperſoriū de ligno cedrino
⁊ yſopo ligabatur paſſer viuus filo coccineo
admodum aſperſorij ⁊ aſpergebat ſepties
leproſum cum illa aqua admixto ſanguine
paſſeris interfecti. ⁊ alius paſſer dimitteba
tur in agrū volare. Jta moraliter peccator

eſt leproſus in anima: q̄ ſicut leproſus fuit
abiectus in antiqua lege. vt patz Leuit̄. xiij.
Qui fuerit leproſus inter vos eijcietur extra
ciuitatem vel caſtrū. Jta peccator in anima
eijcietur tempore mortis extra corp⁹ vel ciui
tatem celeſtem. Sentiens pctōr ſe leproſū
debet ſe oſtendere ſacerdoti in cōfeſſione ſu
am infirmitatē detegēdo ⁊ debet offerre du
os paſſeres. i. cōtritionē cordis ⁊ ſatiſfactio-
nem operis. tunc ſacerdotes accipiūt aſper
ſorium de ligno cedrino ſancte crucis paſſi
onis xp̄i in adiutorium p̄ abſolutione: quia
xp̄us p̄ nobis in ligno ſatiſfecit. yſopo. i. hu-
militate ⁊ circumligat ⁊ aſpergit cum a-
qua viua ⁊ ſanguine chriſti quem pro no-
nobis ſepties effudit. Nam pro noſtris pec-
catis voluit ſepties ſanguinem fundere vt
nos lauaret a peccatis vt dicit Joh. in Apo
ca. Qui dilexit nos ⁊ lauit nos in ſanguine
ſuo a peccatis noſtris. Prio effudit ſangui-
nē in circūciſione. Secūdo in flagellatione
Tertio in coronatione. Quarto in manuū
perforatione. Quinto in pedis dextri infi-
xione. Sexto in ſiniſtri pedis claui incuſſio
ne. Septio in lateris lācea militis aptione
de quo exiuit ſanguis ⁊ aqua: vt in euāgelio
Joh. vn⁹ miles noīe Lōgin⁹ latus ei⁹ apuit
lācea ⁊ cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua in re
miſſionē pctōꝝ vt nos lauaret ab oī pctō aīe
⁊ corporis. Ergo quo ad thema. Mūdatus
eſt ⁊ regreſſus eſt magnificās deū. Secun-
do dico q̄ aliqua res mūdatur vt fiat mūdi
or: ſicut domus a ſordibus p̄ ſcopā: ita mun
datur domus cōſciētie vt fiat habitatio xp̄i.
Sicut eñ videm⁹ q̄ ancilla purgat domū
⁊ oēs imūdicias cōgregat ante oſtiū: ⁊ cum
pala proijcit āte oſtium: ita hō dz cōgrega
re oēs ſordes pctōꝝ ⁊ eijcere extra domum
cōſcie cū pala cōfeſſionis ſicut fecit David
q̄ dixit. Jn corde meo meditatus ſū ⁊ exer-
citabar ⁊ ſcopebā ſpiritū meū. Huius mun-
datōis legimus figuram. Antiochus prin-
ceps militie intrauit templū ⁊ erexit ydola
⁊ cogebat populū vt adoraret ydola: ſed di
xit Judas machabeus. Melius eſt mihi mo
ri in bello q̄ videre mala gentis noſtre: et
pugnauit contra eū ⁊ vicit ⁊ intrauit tem-
plum ⁊ eiecit ydola: ⁊ purgauit domum dei
⁊ fecit altare nouum: ⁊ obtulit ſacrificium: ⁊
proſtrauit ſe in terram orans ne amplius
inciderent in tantas tribulationes q̄ ſic tē
plū imundaretur. Jta moraliter Antio-
chus. i. diabolus intrat templū cordis no
ſtri ⁊ facit inde templū ydolorum: quando
ibi fit auaricia: luxuria: gula que ſunt ydolo
rū ſeruitus: ſicut dr̄ Gal. v. Sed anima de-

nota hoc conſiderans ꝙ de domo conſcientie que debet eſſe domus dei facta eſt domꝰ ydolorꝝ dicat cum Juda machabeo. Meliꝰ eſt mihi mori in bello ſpirituali pugnando contra vicia ꝙ̄ videre tanta vicia in domo cõſcientie: ꝛ ſic pugnet contra Antiochum id eſt diabolũ vincendo: ꝛ domũ mũdet per ſcopã confeſſionis: ꝛ ſe proſternere debꝫ ante faciem dei orando dicens. Ne vnꝙ̄ amplius domus conſciẽtie mee immundetur. ꝛ ſic patet ſecũdum ꝙ domus mundatur ꝙ fiat mundior. Tertio dico ꝙ aliqua res mũdatur ꝙ fiat mundior: id eſt purior ſicut frumentum a palea. Nam videmus quãdo frumentuꝫ eſt immũdum a paleis: tunc per flagellum bene conteritur ꝛ mũdatur: ita anima homis quando eſt immũda a peccatis dꝫ ſe per flagellationem .i. caſtigationem bene mundare: qꝛ quicquid homo patiẽter ſuſtinet: ꝛ ſeipſum flagellat hoc non ſuſtinebit in purgatorio. Unde legimus ꝙ rome depingebatur penitentia: vt homo nudus tenens in manu flagellum ferreum cũ quattuor folijs. In primo folio ſcribebatur plãgo. in ſecundo dico. in tertio volo. in quarto facio. Ita ſpiritualiter depingitur mundatio anime per flagellum: vt homo nudus in ſignum ꝙ ſicut in homine nudo nihil latet ita penitens debet omnia peccata ſua confiteri: qꝛ non confitenti ꝛ nõ reuelanti minatur dominus. Nañ. iij. dicens. Reuelabo pudenda tua in facie tua corã omnibus in die iudicij. Item depingebatur cum flagello: qꝛ ſicut per flagellum purgatur triticum: ita caſtigatio mundat animam. Hoc flagelluꝫ habuit quattuor folia. In primo ſcribebat aureis litteris plango: in ſignum ꝙ volens mundare animam debet plangere. Uñ ps. Lauabo per ſingulas noctes lec. meuꝫ. ꝛc. id eſt conſcientiã meã. In ſecundo dico. in ſignum ꝙ vere penitens debet dicere propa peccata ꝛ nõ aliena. Unde. Dic tu prius peccata tua ꝛ iniquitates tuas vt iuſtificeris. In tertio volo: qꝛ qui vult mundare animã ſuam debet habere voluntatem quicquid ſibi a ſacerdote iniungatur ꝙ illud velit facere. In quarto ſcribebatur facio: qꝛ vere penitens volens mundare animã ſuam debꝫ facere vt flagellatio penitẽtie reſpõdeat culpe: ita anima purgatur per flagellationem penitentie. Iteꝫ videmus ꝙ aurũ probatur per ignem vt fiat purius: ſic aĩa hominis p ignem tribulationis ps. Igne me examinaſti. Nam quando aurifaber aurum probat per igneꝫ ꝙ̄diu ibi fuerit inmundicia in igne num emittit: ita ꝙ̄diu homo eſt impatiens ꝛ remurmurat cõtra ignem tribulationis anima non eſt munda: ſed quando patienter ſuſtinet: tunc eſt munda. Item ait Jaco. i. c. i. Beatus vir qui ſuffert temptatõem quoniã cum probatus fuerit accipiet coronam vite quã repromiſit deus diligent ibꝰ ſe. ꝛ Sap. iij. Tanꝙ̄ aurũ in fornace probauit illos. Et ſic patet tertium ꝙ anima mũdatur ſicut triticum per flagellum. Quarto dico ꝙ facies mũdatur: vt fiat clarior a maculis eam deturpantibus. Unde quãdo anima eſt ſine peccato: tunc eſt pulchra: ſed macule diuerſe deturpant eam. Unde conqueritur Jeremie. Uermes aſcendũt ſuper terram facies earum facies combuſte. Uidemus nãꝙ̄ quando homines ferialibus diebus laborant in domo: maculant facies eorum. ꝛ ideo habent ſpecula ante oſtia. Unde quando domum exeunt ad ſolẽnitatem tunc ſpecula inſpiciunt ſi aliqua macula in facie appareat vt illam deleant. Ita moraliter homo exiſtens in hoc mundo tanꝙ̄ in domo laborans diuerſimode. ꝛ anteꝙ̄ exeat de domo corporis videat ſpeculum conſcientie ſue diligenter: an alique macule ibi fuerit: ꝛ ſi aliquid ibi fuerit quod oculos diuine maieſtatis offendat: deleat ꝛ mundet in aqua cõtritionis. Unde legimus Judith xij. ꝙ ipſa Judith volens liberare populuꝫ ſuum vt placeret pricipi ꝛ vt inueniret gratiam in conſpectu eius lauit faciem in fontibus bethulie: ꝛ ſic facta pulchra placuit principi: ita ꝙ mandauit omnibus ſubditis ſuis dicẽs eis. Dimittite eam libere ire vbicunꝙ̄ voluerit. ꝛ ſic de mane veniẽs ad portas ciuitatis dixit. Aperite portas: quia nobiſcum eſt deus. Ita ꝛ nos quãdo anima hominis eſt obſeſſa per diuerſa temptamẽta ꝛ peccata volens populum ſuuꝫ liberare id eſt voluntatem: memoriam: ꝛ intellectuꝫ que ſunt populus anime debet faciem lauare in fonte lachrymaruꝫ vt placeat altiſſimo pncipi: ꝛ tunc princeps mandat ſuis ſubditis: id eſt diabolis qui obedũnt mandatis eius dicens illis. dimittite eam libere ire tẽpore mortis ad portam ciuitatis eterne. Et tunc anima veniens ad portã ciuitatis eterne dicit. Aperite mihi portas: qꝛ nobiſcum eſt deus. vnde Hiero. O lachryma humilis tua eſt potentia tuum eſt intrare regnuꝫ ante tribunal tu ſecure ſtabis: ꝛ quicquid petieris obtinebis: accuſantibus inimicis ſilentiũ imponis magis diabolum crucias ꝙ̄ pena inferni. ꝛ quãto lachryma eſt maioris amaritudinis tanto magis facies purificatur. Ergo ꝗ ad thema. Unꝰ illorꝝ vt vidit. ꝛc.

¶ Dñica decima quinta. Sermo. lvi.

n Onne anima plus eſt
ꝙ corpus. Math. vi. Scðm philo
ſophū cū cõtrariorū cõtrarij ſunt
effectus vt calidi ⁊ frigidi ſunt effectus con
trarij: ſic eorū operationes ſunt contrarie.
Ita ſollicitudo circa tp̄alia habꝫ tres malas
conditiões. Prima conditio mala eſt ꝙ ha-
bet mentē affligere ſollicitudo tp̄alis ſicut
ſpina. vnde dicit Math. xiij. Quod cecidit
inter ſpinas fructū nõ dedit. vnde Eccle. i.
Uidi cuncta ſub ſole ⁊ ecce vanitas ⁊ affli-
ctio ſpiritus. Scd̄a cõditio mala eſt ſenſuū
⁊ intellectus ſapientie deſtructio. Ideo qui
dam philoſophus vadens ad ſcholas athe
nis proiecit oēs pecunias ⁊ oīs occupatio
nes temporales depoſuit vt poſſet eo meli⁹
ſapientiam inueſtigare. Tertia mala cõdi
tio eſt aīam a deo elongare ⁊ dei obliuiſci.
vnde Iere. ij. Populus meus oblitus ē mei
diebus innumeris: propter ſollicitudines
tp̄ales. Sed ſollicitudo circa ſpūalia habet
tres bonas cõditiones circa aīam cõtrari-
as primis. Prima eſt bona ſollicitudo ſpūa
lis: qr in his homo cõſolat. vñ Eccle. ij. Ua-
dam ad ſpiritualia ⁊ affluā delitijs. Scd̄a
bona conditio ſpūalis. qr ſollicitudo ſpūalis
intellectum illuminat in viā dei animā de-
ducendo. vñ in pſal. Accedite ad eū ⁊ illumi
namini. ⁊ facies veſtre nõ cõfundent. Ter-
tia bona cõditio eſt: qr viuunt cū deo ſollici-
tudines ſpūales: vnde apoſtolus. i. Cor. vi.
Qui adheret deo vnus ſpūs eſt cū illo. Er-
go dauid in pſ. Mihi adherere deo bonū
eſt. ⁊ ponere in deo ſpem meā. Et ideo dñs
cõmendat illos qui preponūt ſollicitudinē
ſpiritualē ſollicitudinibus tp̄alibus et ma-
gis eligunt ſeruire deo ꝙ dyabolo ꝑ auari
tiam ⁊ hoc dicit in hoc euangelio. Dixit ie.
diſci. ſuis. Nemo pōt duobus dñis ſeruire.
aut eñ vnum odio habebit ⁊ alterū diliget
aut vnū ſuſtinebit et alterum contēnet. Sic
vos deo nō poteſtis ſeruire ⁊ mãmone. qui
eſt deus pecunie vel auaricie. Ideo dico vo-
bis ne ſolliciti ſitis aīe veſtre quid mandu-
cetis neqꝫ corpori veſtro quid induamini. Nõ
ne aīa plus eſt ꝙ eſca. ⁊ corp⁹ plus eſt ꝙ ve
ſtimentum. Reſpicite volatilia celi que non
ſerunt neqꝫ metūt neqꝫ cõgregāt in horrea
et pater veſter celeſtis paſcit illa. nõne vos
magis pluris eſtis illis. Quis aūt veſtrū co-
gitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuā cu
bitum vnum. ⁊ de veſtimentis veſtris quid
ſolliciti eſtis. conſiderate lilia agri quomo-
do creſcunt: non laborant neqꝫ nent. Di-
co autem vobis quoniam nec Salomon in
omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum
ex iſtis. Si enim fenū agri quod eſt hodie
et cras in clibanum mittitur deus ſic veſtit
ꝙto magis vos minime fidei. Nolite ergo
ſolliciti eſſe dicentes. Quid manducabim⁹
aut quid bibemus aut quo operiemur. hec
enim omnia inquirunt gentes. Scit enim
pater veſter celeſtis: quia his omnibus in-
digetis. Querite ergo primo regnum dei ⁊
iuſticiam eius. ⁊ hec omnia adijcientur vo-
bis. ⁊ ſic patet euāgelium. Ergo quo ad the
ma. Nonne anima plus eſt ꝙ corpus. Et
hoc propter quattuor cauſas. Primo ꝓpter
initium creationis. ſcd̄o ꝓpter officium vo-
cationis. tertio propter precium redemptõ
nis. quarto ꝓpter premium ad quod eſt vo
cata. Primo dico ꝙ aīa plus eſt curanda ꝙ
corpus ꝓpter initium creationis. Naꝫ pri-
mo die lucem. ſcd̄o die celum creauit ⁊ ter-
ram. tertia die arbores ⁊ plãtas. quarto die
ſolem ⁊ lunā ⁊ ſtellas. quinto die piſces et
volucres ⁊ beſtias terre. Tunc beata trini-
tas dixit. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊
ſimilitudinē noſtrā. quo ad aīam. Nā ſicut
ſigillum imprimit cere. ita aīa impreſſa eſt
corpi. Sed corp⁹ d' terra eſt. ⁊ aīa ſm formā
ꝗ̄ eſt ſine pctō ad imaginem dei creata eſt
Et ſicut deus vnus eſt in eſſentia ⁊ trin⁹ in
in perſonis. ita aīa in tribus dignitatibus
et vna dignitas in perſona aīe i eſſentia vi-
delicet memoria. volūtas ⁊ intellectus. que
ſunt tres potētie aīe. Naꝫ memoria ad ani-
mā patris diſponit. volūtas diſponit ad fi-
dem filij. ⁊ intellect⁹ diſponit ad ſpem eter
ne vite ꝑ ſpm̄ ſctm̄. Quare aūt deus creauit
hoīem ſm corpus de terra tam fragili ma-
teria. Dicūt doctores ꝙ hoc fecit iō ꝙ perfe
ctus eſſet in tribus opatiōibus creationis.
Nam aliquas creaturas creauit ex puris
ſpūalibus materijs. ſicut angelos. aliquas
creauit ex puris corporalib⁹ materijs. ſicut
ſunt aīalia ꝗ̄ nō hñt aīam niſi vegetatiuā ꝗ̄
moritur cū corporib⁹ ⁊ ſenſitiuā hñt nō ha
bentia intellectū ⁊ ſic voluit ꝑficere tertium
opus. ⁊ creauit hoīem de puris corp̄alibus
videlicꝫ quattuor elemētis. de igne. aere. aq̄
et terra de puris ſpūalibus miſcuit de na-
turis angelicis. ⁊ ſic homo ſm corpus crea
tus eſt velut aīal brutum. ⁊ ſm aīam velut
angelus ꝗ̄ hꝫ intelligere. i. ſentire qui hꝫ me-
morare ⁊ voluntarie agere. ⁊ ſic anima ducit
imaginem dei cum vexillo deitatis. ⁊ cetere
creature non ſunt niſi vmbra: ideo vnuſqſ-
ꝗ debet ſeruare animam mundam ſicut ſi
bi in baptiſmo committitur. cum ei veſtis

innocentie traditur. que ſignificat illaz veſtem que ante ſibi erat tradita: ſcilicz ante peccatum. Et ideo dicit ſacerdos quando puerum baptiſat induens eum veſte innocentie. veſtem ſanctam ⁊ immaculatã ⁊ candidam quã perferas ante tribunal christi ⁊ propterea dicet illis in die iudicij qui maculauerunt veſtem innocentie eternaruz nuptiarum. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem. Mathei. xxij. Et ideo ſequitur. Ligatis manibus ⁊ pedibus proijcite eũ in tenebras exteriores. ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Et ſic patz primum ꝙ anima plus eſt curanda ꝙ̃ corpus propter uirtutem creationis. Secundo dico ꝙ anima plus eſt curanda ꝙ̃ corpus ꝓpter officium ad quod eſt vocata. Nam eſt ad illud vocata vt laudet creatorem cum angelis ⁊ archangelis. ⁊ reddat grãꝝ actiones ꝓ beneficijs a deo ſibi collatis. Unde Augu. in libro de ſpiritu ⁊ anima. Homo in medio conſtitutus eſt a deo vt homini ſeruiãt creature. quas ſubiecit dominus ſub poteſtate hominis ad ſeruiendū ei: vt luna. ſol. ⁊ ſtelle arbores. plãte. ⁊ belue terre. Et hoc dicit dauid in pſal. Omnia ſubiecisti ſub pedib⁹ eius oues. ⁊ boues vniuerſas inſuper ⁊ pecora campi. Uolucres celi ⁊c. Et de his omnibus non aliud requirit niſi ꝙ homo laudet ipm̃ vt ſeruiat ei in ſanctitate anime. vnde apoſtolus. i. ad Teſſal. iiij. Non enim vocauit nos deus in immundiciaz: ſed in ſanctificatione vt ſeruiamus domino. Et ideo ſoli homini inter creaturas datum eſt intelligere creatorem quod alie creature nõ habent. et ideo ait propheta. Lauda aĩa mea dñm laudabo dominum in vita mea: pſallã deo meo ꝙ̃diu fuero. Omnes creature clamant ad hominem. O homo dilige creatorem. Et hoc triplici voce. Prima vox creaturarum eſt. O homo accipe. Secunda vox. O homo redde. Tertia vox. O homo fuge. Quare prima vox clamat. O homo accipe. Nam dum ſol oritur dicit. O homo accipe meuz ſeruitium. quia ſplendeo tibi: ſic luna et ſtelle clamant. ⁊ terra clamat. accipe ſeruitiuz meuz: quia ego te porto ⁊ paſco. ⁊ omnes creature clamant accipe. Secundo clamant oẽs creature redde. quid certe gratiarũ actiones. vnde apoſtolus. i. Cori. iiij. Quid habes hõ quod non accepiſti. nã pauper ⁊ nudus mundum intraſti. redde ergo quod reddere debes: et q̃d certe dilige deuz et da pauperibus: non ipſi certe deo: ſed ꝓpter ipſuz. Ipſe enĩ nõ indiget pecunia nec carnibus taurorum. vt dicitur in pſal. Bonorum meoruz non eges. Sed o homo redde altiſſimo vota tua et redde ſacrificium laudis. Tertia vox clamat fuge. ⁊ quare. nã ſi homo non laudat creatorem accipiens beneficia eius: tunc oĩs creatura clamat. fuge. Quia noſtra cõſcientia perſequitur nos accuſans infelicem animã ad occurſuz omnis creature. Nam homo qui ſe ſcit in peccatis trepidat in aquis timet ſe mergi. Sed homo ſciens ſe ſine peccatis vadit ſecure. Et ideo multi ſancti tranſibãt nudis pedibus ⁊ ſiccis per aquas. Homo exiſtens in peccatis fugit tonitruuz timet percuti. ſed ſi ſciret ſe ſine peccatis non fugeret. Itez ſuꝑ dicta verba dicit beatus Auguſti. ſuper Geñ. Si hõ in peccatũ trangreſſionis non cecidiſſet ipſuz nulla creatura leſiſſet. Ergo patet ſcḋm ꝙ anima plus eſt curanda ꝙ̃ corpus propter officiũ ad quod eſt vocata. Tertio dico ꝙ anima plus eſt ꝙ̃ corpus curanda propter precium redemptionis quo eſt redempta. dicit apoſtolus. i. Corin. vi. Empti eſtis precio magno. De quo precio dicit petrus. Non auro neq̄ argento. ſed precioſo ſanguine agni immaculati: cuius vna gutta precioſior erat oĩn mundo ⁊ propter nobilitatem anime iſtud precium non potuit inueniri in finibus mundi. ideo inuenit pater extra fines oĩs: et hoc de paterno corde. vnde prouer. xxxi. Procul ⁊ de vltimis finibus precium eius. Naz oĩe auruz totius mundi eſt quaſi arena exigua ad valorem vnius anime. Iſtud preciuz poſuit pater in vterum virginis ⁊ ſolutuz fuit pro nobis dũ hec ſanctiſſima caro virginalis cuz corona ſpinea cuz clauis ⁊ flagellis fuit ꝑforata ⁊ lãcea. ⁊ ita large ſolutuz et effuſuz precium ꝙ tãꝙ̃ riuuli aquaꝝ de fonte effluxit. Hui⁹ precij ſolutione predixit dauid in pſal. Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet aĩas eoꝝ. ⁊ honorabile nomẽ illorum coram illo. qui modo ſedet cũ ipo pr̃e in gloria: ⁊ ideo ait Berñ. O aĩa miſera que taz precioſe es redẽpta. quare permittis tibi corpus dñari. Nunq̄d magna eſt confuſio vbi irridet ſeruus dñm: et vbi ancilla eſt ſuper dñam. quia corpus eſt ſicut ancilla. ⁊ anima eſt ſicut domina. Huius legimus figuram. Geneſis. decimoſexto. Ubi ſara vxor patriarche abrae qui habuit ancillam que voluit dominari ſuꝑ dominam. accepit poteſtatez a viro ⁊ afflixit ancillam in pane ⁊ aqua. ⁊ tandez venit ancilla ſe humilians domine ſue ⁊ fecit multa bona. Ita moraliter corpus eſt ancilla. Sed anima domina. ⁊ ſi corpus permittitur dominari ſuper animam. dominã anima irri-

debitur ab electis in die iudicij. Debet er-
go dn̄a anima accipere poteſtatem a xp̄o: et
affligere corp⁹ in pane ⁊ aqua ꝓ pctis: tūc ſe
hūiliat corp⁹ ⁊ multa bona ꝓmittit ⁊ facit: ⁊
ſic pꝫ tertiū ꝙ aīa plus eſt curāda q̄ꝫ corpus
Quarto dico ꝙ aīa eſt plus curāda q̄ꝫ corp⁹
ꝓpter premiū ad quod eſt vocata. Naꝫ illud
premiū eſt eterna beatitudo: q̄ eſt promiſſa
oīnibus in hoc corpore bene laborantibus
velut in vinea. Math. xx. Uoca operarios ⁊
redde illis mercedem. Caueat igitur aīa ne
aliq̄d cōmittat vnde tale ꝑcium amittat: q2
ꝓmiſſa ſunt anime ⁊ corpori q̄ bn̄ ſe habue-
runt in labore btōꝝ operū duodecim mune
ra que enumerat btūs Aug. in lib. de ciuita
te dei. Primū donū ē claritas ſine tenebro
ſitate: q2 iuſti fulgebūt ſicut ſol. Secundum
eſt ſpecioſitas ſine deformitate: q2 tunc erit
ſpecioſus forma pre filijs hoīm. Tertium
eſt agilitas ſine pōderoſitate: q2 tūc in oīb⁹
obedit corp⁹ aīe. Quartū eſt impaſſibilitas
ſine penalitate: q2 tūc nec aīa nec corp⁹ pōt
pati. Quintū eſt ſubtilitas ſine groſſitate: q2
tunc nec aīa: necꝫ corp⁹ pn̄t includi: ſꝫ ſicut
ſol vitrū penetrat: ſic aīa ⁊ corpus ſimul per
ferrū ⁊ murū penetrare pn̄t. Sextū eſt ſani-
tas ſine langore: q2 corp⁹ nō pōt amplius in
firmari nec aīa. Septimuꝫ eſt req̄es ſine la-
bore: q2 nec aīa: nec corpus feſſari ſeu laſſari
poteſt. Octauū eſt ſecuritas ſine timore: q2
ibi oīs timor a corpe ⁊ aīa remouet̄: ſed ani-
ma: nūc reſiſtit corpori ⁊ corp⁹ aīe in hac vi-
ta. Nonū eſt noticia ſine errore: q2 nūc vide
mus in ſpeculo. ſ. in creaturis creatoreꝫ: ſed
tunc facie ad faciē. Decimū eſt pax ſine per
turbatōe ibi: q2 nulla eſt diſcordia: ſed oībus
vna volūtas. Undecimū eſt vita ſine morte
q2 necꝫ mors: necꝫ luctus erit vltra. Duode
cimū eſt gaudiū ſine dolore. vn̄ Eſaie. li. Et
leticia ſempiterna ſuper capita eoꝝ. Et hec
duodecim dona ꝓmeretur aīa in corpere ha
bebit ea ꝑpetue. Ergo quo ad thema. Non
ne anima plus eſt q̄ꝫ corpus propter initiuꝫ
creationis propter precium redemptionis
propter officium vocationis propter premi
um eterne remunerationis.

¶ Dominica decimaſexta.
Sermo. lvij.

## Ortuus eſt filius vni-

m cus matris ſue. Luc. vij. Juſticia
apparet in malorum punitione
et miſericordia in remiſſiōe pec
catorum: ſed tamen magis eſt neceſſaria hu
mano generi miſericordia q̄ꝫ iuſticia pro-
pter fragilitatem humanitatis: ⁊ ideo cla-
mat propheta. Domine cum iratus fueris
miſericordie recordaberis: ⁊ q̄uis equalis
fuerit in illa iuſticia ⁊ miſericordia: tamen
ſemper ſuam miſericordiam preponit iuſti-
cie: ⁊ ideo dicit Ezech. xviij. Nolo mortem
peccatoris: ſed vt conuertatur ⁊ viuat: ⁊ pro
pter miſericordiam ad genus humanum vo
luit incarnari: vt dicit apoſtolus. Nō ex ope
ribus iuſticie que fecimus nos: ſed ſm̄ ſu-
am miſericordiam ſaluos nos fecit: per cru
cifixionem ⁊ mortem vt nos reuocaret ad vi
tam. Ergo videns vnicuꝫ filium vidue mor
tuum miſericordia motus reſuſcitauit euꝫ
vt patet in euangelio. Jbat ieſus in ciuitatē
que vocatur Naym ⁊ ibant cum illo diſcipu
li eius ⁊ turba copioſa. Cum autem appro-
pinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus ef
ferebatur vnicus filius matris ſue. Et hec
erat vidua: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa
Quam cum vidiſſet ieſus miſericordia mo-
tus ſuper illam dixit. Noli flere. Et acceſſit
⁊ tetigit loculum. Hij autem qui portabāt
ſteterunt. Et ait dominus. Adoleſcens tibi
dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus et
cepit loqui. Et dedit illum matri ſue. Acce-
pit autem omnes timor ⁊ magnificabāt de
um dicentes: q2 propheta magnus ſurrexit
in nobis: ⁊ quia viſitauit dominus plebem
ſuam. Et ſic patet euangelium. Nota circa
thema ꝙ quadruplex eſt mors. Prima eſt
mors nature. Secunda mors culpe. Tertia
mors ſpiritualis gratie. Quarta mors eter
nalis gehenne. Prima mors nature eſt: q2
omnes creature naturales moriuntur que
viuunt vita naturali. De illa morte dici-
tur Eccle. xlj. O mors q̄ꝫ amara eſt memo-
ria tua. Unde videmus quando homo ſe-
neſcit calor naturalis deficit: ⁊ natura debi-
litatur: ⁊ tandem corpus moritur. Et hoc ꝑ
uenit nobis ex primis parentibus: ſcꝫ Adā
⁊ Eua: quibus dominus ait: vt patet Gen̄.
i. Jn quacunꝫ hora comederitis de arbore
iſta morte moriemini. Si enim nō peccaſſet
homo non fuiſſet mortuus: ſed tamdiu in
paradiſo vixiſſet q̄ꝫdiu deo placuiſſet. ⁊ tūc
ipſum cum anima ad celum duxiſſet: ⁊ quia
primus homo ſe morti obligauit: ideo om-
nis poſteritas moritur: quia vt dicit philo
ſophus. Principio corrupto principiata cor
rumpūtur: ſicut quādo arbor moritur in ra
dice omnes rami eius moriuntur. Et circa
illam mortem naturalem nota quattuor.
Primo eſt generalis: quia omnes ſunt ſub
dominio eius: ⁊ recipient ſententiam ſuam
nec parcit alicui: nec diuiti propter ſuas di-
uitias: nec nobili propter ſuaꝫ nobilitatem.

Unde Eccleſia. ſcdo. Moritur doctus ſimi=
liter vt indoctus diues pariter vt pauper.
Unde dictum fuit cuidã diuiti. Stulte hac
nocte morieris. Secundo mors eſt horribi
lis propter horribilem viſionem demonũ
qui ſunt preſentes ⁊ expectant animam.
Unde legitur ꝙ demon erat iuxta crucem
dum chriſtus pependit in ea qui nunq̃ pec
cauit. quãtomagis peccatori aſſiſtit: qui in
diuerſis peccatis moritur. Unde Job. xvi.
Hoſtis meus terribilibus oculis me intui=
tus eſt. Tertia mors eſt formidabilis pro=
pter diſſolutionem omnium membrorum.
nam oculi vertuntur in capite. vene rumpũ
tur in corpore: ⁊ totum corpus concrepat in
corpore. ⁊ omnia membra querũtur vbi ani
ma ſeparatur a corpore propter timorem.
Unde. Eccle. viij Non eſt in hominis pote=
ſtate prohibere ſpiritum. Quarto mors eſt
terribilis propter diſcuſſionem operum.
Nam in ictu oculi in ſeparatione anima iu
dicatur ad eternam damnationem. aut ad
purgatorium aut ad vitam eternam tunc
mala opera que homo fecit per penitẽtiã
non deleta dicunt ad hominem peccatorẽ.
Opera tua ſumus te non relinquemus: te=
cum ad iudicium pergemꝰ. Et ſi homo tũc
ad corpus poſſet redire et penitentiam age
re q̃ libenter rediret: ſed homo non poteſt
hoc facere iuxta verbum. Sapien. ij. Nõ eſt
reuerſio finis noſtri. ideo homo debꝫ ſe ſem=
per diſponere ad mortem. quia nihil certiꝰ
morte ⁊ nihil incertius hora mortis. Et ſic
patet primum. videlicet de morte naturali
que eſt generalis. horribilis. formidabilis.
et terribilis. Secũda mors eſt peccati mor=
talis. Unde quando homo eſt in peccatis
mortalibus q̃uis viuit coram hominibus
eſt tamen mortuus in anima. Apoc. iij. No=
men habes ꝙ viuis: ſed mortuus es. Unde
videmus ꝙ mors naturalis facit corpꝰ gra
uidum. Ita peccatũ facit hoiem ſ̃guem ad o=
pus bonum. Unde nota ꝙ per quattuor in
ſtrumenta moritur corpus ⁊ occiditur. Pri=
mum inſtrumentum eſt gladius quo multi
moriuntur. Ita per pctm inuidie m̃lti mori
untur in anima. Nam inuidia quaſi gladiꝰ
multos occidit. Occidit gladius inuidie pri
mos parentes in paradiſo. Occidit gladius
inuidie. Abel iuſtum hominẽ. Uendidit gla
dius inuidie iuſtũ. Joſeph pro triginta de
narijs ⁊ voluiſſet eum occidiſſe niſi Ruben
dixiſſet. clamat ſanguis eius ſuper nos ad
celum. Gladius inuidie ſuſpendit chriſtum
in cruce. ⁊ ideo dicitur. Prouerbio. xxx. Ge=
neratio que pro dentibus gladios habꝫ ⁊c.
⁊ iam multi moriuntur gladio inuidie. Se=
cundum inſtrumentum quo multi moriunt̃
in corpore hoc eſt ignis. per quem auariciã
nota. Unde pſ. Incenderunt ſanctuarium
tuũ ⁊c. Ignis nunq̃ dicit ſufficit ita nec aua
ricia. Unde Jere. vj. A minore quippe vſq̃
ad maiorem omnes auaricie ſtudent. ⁊ a p=
pheta vſq̃ ad ſacerdotem: eo ꝙ multi mori
untur gladio auaricie per peccatum morta
le in anima. Ideo legimus figuram. Nume
ri. xxij. ꝙ Balaã voluit maledicere filios iſra
el ꝓpter auariciam. tunc angelꝰ domini ſte
tit in via habens gladium domini in manu
comminans ſibi mortem eternã. ideo mul
ti moriuntur igne auaricie ⁊ gladio inuidie
que ſunt duo inſtrumenta quibus occidunt̃
corpora. ⁊ taliter etiam anima. Tertiũ in=
ſtrumentum quo corpora occidũtur eſt iacu
lũ baliſte vel ſagitte per quã intelligitur lu
xuria. vulnus eñ ſagitte cum labore curat̃.
ita peccatum luxurie ſi hoc peccatum ducit̃
in conſuetudinẽ. De hoc iaculo luxurie di
citur in ꝓuerbijs ca. vij. Homo luxurioſus
videns mulierem pulchram ſequitur eã in
concupiſcentia ſua: donec transfigat ſagitta
iecur eius vt moriatur in anima: quia cũ pec
catum conſummatum fuerit generat mor=
tem. Quartum inſtrumentũ quo multi ſub
merguntur eſt aqua. Unde Ozee. x. Sama
ria fecit regem in ſuperbia tranſire ⁊ peri=
re ſicut ſpuma ſuper aquam. Quid enim ſu
ꝑbia eſt niſi ſpuma que cito perit: ⁊ ideo ſu=
perbus rex Pharao ſubmerſus eſt ſicut plũ
bum in aquis vehemẽtibus. Et ſic patet ſe=
cũda mors que eſt mors peccati mortalis q̃
aſſignatur gladio inuidie: igni auaricie ia=
culo luxurie ⁊ aque ſuperbie. Tertia mors
eſt ſpiritualis gratie in anima qua moritur
homo mundo ⁊ viuit chriſto. Unde apoſto=
lus Col. iij. Mortui eſtis mundo ⁊ vita ve=
ſtra abſcondita eſt cũ chriſto in gloria. Iſta
mors aſſimilatur morti naturali: ⁊ hoc pro
pter multa. Primo quando debet mori cor=
pus diſtemperatur. Secundo non guſtat.
Tertio vertitur in pallorem. Quarto appe
titus ſubtrahitur. Quito cor frãgitur. Sex=
to anima ſeparatur. Septio ſepelitur. Ita
ſpiritualiter homo quando moritur mun=
do diſtemperatur: q2 dolet ꝙ deũ offendit
ſuis peccatis. ⁊ ſic homo ducitur ad dilectio
nem dei: ⁊ ſic languet. Unde in Can. Nun=
ciate dilecto: q2 amore langueo. Secũdo rẽ=
nuit guſtum mundialis dilectionis: ⁊ ſolũ
celeſtia ſapit. Unđ pſ. Guſtate ⁊ videte quo
niam ſuauis eſt dominus. Tertio in pallo=
rẽ vertitur. Unde apoſtolus. Charitas om

nia ſuffert omnia ſperat. Quarto appetitꝰ ſubtrahitur ab anima morienti mūdo. Guſtato enim ſpiritu deſipit omnis caro: vt dicit Gregor. Quinto cor frāgitur per alieni amoris ſubtractionē. Gregorius diuinus amor a dilectione mundi totaliter occidit. Sexto animam ſeparat ab omnibus mundanis ⁊ pacificat in deum. vnde Gregorius Charitas ſancta pacificat in deū cor vt nulli adhereat niſi ſoli creatori. ⁊ ſic aīa mortua mundo viuit in xp̄o. ſicut in pſ. dr̄ Mihi adherere deo bonū eſt. ⁊ ponere in deo ſpem meam: ⁊ ſic patʒ tertia mors qua homo moritur mundo morte ſpirituali. Et illa morte mortui ſunt omnes ſancti. Quarta mors eſt mors eternalis miſerie vbi anime moriunt ⁊ tamen viuunt ⁊ mori non poſſunt. De his Johā. in Apoc. xvj. Comedebāt linguas ſuas pre doloribus: quia optant mortem ⁊ mori non poſſunt. de iſta morte que eſt valde horribilis dicitur vna figura in Apoc. xiiij. vbi vidit Johānes angelum cum falce vt meteret: quia meſſes ſupermature. ⁊ q̄cquid meſſuit collegit ⁊ poſuit in horreum domini ſui tunc alius venit cum alia falce acuta. ⁊ q̄cquid meſſuit poſuit in ignem ad comburendum in lacum ire dei magni. Ita ſpūaliter mors eſt duplex. Unde dicitur i pſ. Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Et ſequitur. Mors peccatorum peſſima. Mittitur enī mors ſanctorum quaſi angelus cum falce metens iuſtos quaſi vineas ⁊ botros ſtantes in flore ⁊ triticū quos ponit in horreū celeſtis glorie. ſed mittit̄ mors peccatorū ad modū angeli mali cū falce ad metendū pctōres ⁊ quicquid meſſuit poſuit in lacū ire dei magni ad cōburendū. Quare aūt vidit mortē in ſpē angeli metētis. Certe dicitur ꝙ quando meſſor venit ad agrū vbi multe ſpice ſtant que non ſunt mature. non expectat donec matureſcant ꝑpter aliquas ſpicas que ſtant inter maturas ſpicas. Ita mors venit quandoq̄ improuiſe. ⁊ nō curat an ſpica. id eſt homo ſit maturus: ſit paratus ad mortē: ſed multos metet mors qui ſtant adhuc in flore ⁊ creſcunt in iuuentute Itē quādo meſſor eſt metens omnes ſpicas facit circa terram equales que ſuperius nō erant equales. Ita mors facit hoīes equales. diuites ⁊ pauperes. nobiles ⁊ ignobiles fortes ⁊ debiles. Ideo premonet nos ſaluator in euangelio. Mathei. xxiiij. dicēs. Uigilate: quia neſcitis diem neq̄ horam mortis. Qui igitur vult euadere mortem eternā vt non interficiat eternaliter moriendo debet hāc figuram bene notare. Item legitur Iere. xlj. Iſmael exiuit in agrum ⁊ apprehēdit pluſq̄ ſeptuaginta paganos quos iudicauit proditores: ⁊ duxit ad medium ciuitatatis vt occideret quos omnes occidit preter decem qui dixerunt. Non occidas nos: quia habemus magnum theſaurū in agro ram humo q̄ tritici: ⁊ ordeo: ⁊ melle: ⁊ oleo ꝑpter theſaurum dedit eis etiam vitam: vt oſtenderent ei. Ita moraliter mors exit ad interficiendū omnes homines: ſed qui habent theſaurum in cordibus bonorum operum que figurantur per hec quattuor ſecuri ſunt a morte eterna. Nam qui vult euadere ſicut illi decem debet habere theſaurum ordei. Per ordeum penitentia intelligitur. Unde in euangelio Johis. vj. Eſt puer vnus hic qui habet quinq̄ panes ordeaceos. id ē quinq̄ partes penitentie. ſcilicet confeſſionis. contritionis. ſatiſfactōnis. ieiunij. ⁊ orationis. Secundo debet habere theſaurū tritici. Per triticum nota paſſionem xp̄i quam debet portare in memoria. Unde dominus aſſimilat ſe grano tritici. Johānis. xij. dicēs Niſi granum frumenti cadēs in terra mortuum fuerit ipſum ſolum manet. ſi autem mortuum fuerit multū fructū affert. Quia videmus quando granum tritici ſpargitur tunc in ſe moritur ⁊ fructū affert: ſed ſi manet integrum tunc non facit fructum. Ita paſſio xp̄i ſi chriſtus non fuiſſet paſſus nullum fructum ſanitatis ſua natiuitas feciſſē Sed ex quo mortuus eſt multum fructū ꝓtulit. Tertio debet homo habere theſaurū mellis qui ſignificat dulcedinem vite eterne: ⁊ deſerat vt caueat peccatum: ⁊ guſtet illud mel. Unde ait anima deuota. q̄ dulcia faucibꝰ meis eloquia tua ſuper mel ori meo Quarto debet habere theſaurum olei contra mortem eternam. Oleum ſignificat miſericordiam: quia ſeruat ferrum a rubigine ſicut opus miſericordie ardet in lāpade in eccleſia in honorem dei ⁊ ſplendet. Ita anima habens oleum miſericordie intromittitur vt ſplendeat corā deo in vita eterna: vt patet de quinq̄ virginibus ſapientibus habentibus oleum in lampadibus ſuis. id eſt miſericordiam. ideo intrabunt in vitā eternam. Patet ergo quo ad thema. Mortuus eſt filius vnicꝰ matris ſue. Ita quadruplex eſt mors videlicet naturalis quam oportet nos mori peccati mortalis a qua debemus nos om̄es cuſtodire. Mors ſpiritualis qua morimur mundo hanc mortem debemꝰ deſiderare. Mors eterne damnationis quam omnes formidare debemus: ſed vt cum domino viuamus ⁊c.

Dñica decimaſeptima. Sermo. lviij.

D[a] huic locum. Luce xiiij. Quãuis fides ieſu xp̄i ſit i vita recta ſalus animarum. tamen ſine operib⁹ nõ ſanat. Iuxta illud Iacob. ij. Fides ſine operib⁹ mortua eſt. Opera autẽ que fiunt a credẽtibus ſunt in dupli ci differẽtia. Quedã ſunt de ſe tam mala ꝙ nõ poſſunt aliquo modo fieri bona in ſe: vt ſunt piuria. ſcurrilia mẽdacia. adulteria. rapina. vſura. ⁊c. que a credẽtibus ſunt ꝓhibita. Unde Ezech. xviij. Aia ꝗ̄ peccauerit morte morietur: niſi pniam egerit. Quedã ſunt i ſetã bona opera ꝗ̄ fiũt a credẽtib⁹ vt nullo modo in ſe pñt fieri mala vt deũ diligere ⁊ proximũ ꝓpter deũ. Uñ ait Aug. Oia in ſe habẽs ſacramẽta poteſt eſſe malus. ſ; verã habens charitatẽ non põt eſſe malus. Quedã ſunt indifferentia tã bona ꝙ̃ mala. vt ieiunare. orare. elemoſynã dare. Et hec poteſt aliquis facere ꝓpter vanã gloriã. vel ꝓpter deũ. vñ Greg. Sepe bona opera homo facit ꝓpter deũ. ſ; tñ dũ vana ẽ laus i mẽte hois illa bona opa annihilat et defedat. Et ſic de his trib⁹ opib⁹ fit mẽtio i euãgelio. Primo de his ꝗ̄ ſunt mala i ſe. vt inſidiatio diuine bonitatis. qr xp̄o inſidiabant. iõ ipſum i domo obſeruabãt. Secũdo ꝗ̄ ſunt i ſe valde bona: vt informatio bonitatis in diuino amore. Tertio que ſunt mala ⁊ bona vt ſanatio in ſabbato. Sz in vera fide ꝓpter lucrũ ſupnũ debemus in hac vita locũ hũilitatis retinere. vt fiãt nobis eterne retributiões. De hoc dicit in pñti euãgelio. Cum intraret ieſus in domũ cuiuſdã principis phariſeoꝝ ſabbato mãducare panẽ. ⁊ poſtꝙ̃ cũ diſcipulis ſuis mãducauit panẽ obſeruabãt eũ. nõ ꝓpter charitatem. ſed in dolo vt poſſent eũ in aliquo capere vñ eum accuſarent. Et ecce portauerunt hydropicũ ante illũ: vt ipſum curaret. Et hec fuit intẽtio eoꝝ ſi ipſum curaret vellent dicere ꝙ nõ ſeruaret ſabbatu; ⁊ ſi non curaret eũ vellent dicere ꝙ nõ eſſet miſericors. Et reſpondẽs dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos dicẽs. Licet ſabbato curare. At illi tacuerunt. Ipſe vo apprehẽſum infirmũ illu; ſanauit ⁊ dimiſit eũ. ⁊ dixit eis ieſus. Cuius veſtrũ aſinus: aut bos in puteum cadens die ſabbato ⁊ non cõtinuo extrahet eum. ⁊ tñ non violauit ſabbatum. Et nõ poterãt ad hoc reſpondere. Uidens ibi aliquos ſuperbos inuitatos dixit eis parabolam intendẽs ꝙ pmos accubitus deſiderabant. Cũ inuitatus fueris ad nuptias in ſupremo loco ne diſcũbas ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo. ⁊ veniens qui te ⁊ illũ inuitauit dicat tibi. Da huic lo. ⁊ tũc icipias cũ rubore infimũ locũ tenere. Sed cũ vocat⁹ fueris vade ⁊ recũbe in nouiſſimo loco. Cũ venerit qui te ⁊ illũ inuitauit dicat tibi. Amice aſcende. ſuperius ⁊ erit tibi gloria coraꝫ ſimul diſcũbentibus. Quia ois qui ſe exaltat humiliabitur ⁊ ꝗ̄ ſe humiliat exaltabit. Ergo quo ad thema. Da huic locũ. Nota ꝙ ꝗ̄tuor ſunt loca in ꝗbus ois creatura cõtinet. Primus huius mũdi. Scõus inferni. Tertius purgatorij. Quartus exultationis. Primus locus eſt mũdi ꝑſecutiõis ⁊ inſecuritatis qua multis modis hõ ꝑſequitur ⁊ punit ⁊ iõ dixit ieſus diſcipulis ſuis. Uos nõ eſtis de hoc mũdo. ideo perſequẽtur vos de ciuitate in ciuitatẽ. Luc. x. ꝙ eñ in mũdũ multipliciter ꝑſequetur. hoc p; Eze. xxi. Fili hois ꝓpheta ⁊ dices. Hec dicit dominus de⁹. Loquere gladius. gladius exacutus eſt ⁊ limatus. Ut cedat victimas exacutus eſt vt ſplẽdeat limatus eſt. Clama ⁊ vlula filij homis ⁊ percute manu ad manũ. ⁊ duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorum. Ita moraliter quãdo homines ꝑſequuntur gladio ꝑſecutionis ⁊ tribulationis ſolẽt manu ad manum ꝑcutere ⁊ clamare in celum. Sed gladius ꝑſecutionis fuit ſimplex in pͥma etate mundi. In ſecunda. ſ. legis fuit duplex. Sed modo factus eſt triplex gladius. Primus gladius eſt quo hoies ſunt martyrizati ⁊ decollati. vnus aſſatus. alius lapidatus. alius alio modo pemptus. ita ꝙ omis ſanguis effuſus ſup terrã a ſanguine. Abel iuſti hij hoies gladio ꝑſecutõis mortui ſunt vnde pſ. Effuderũt ſanguinẽ velut aquam in circuitu hieruſalẽ ⁊ iſte ſanguis nõ effundebatur ꝙ̃diu fuit in vagina. Nã ante conſtantinũ imperatorẽ ⁊ Siluestrũ papã tanta fuit ꝑſecutio i xp̄ianis ꝙ ſepe vna die martyrizati ſunt tria milia ſctõꝝ alia vndecim milia alia quinꝗ;. vt p; de ſanctis de quib⁹ predicatur. tunc regnauit gladius. ſed tũc Silueſter papa mũdauit Conſtnatinũ imperatorem a lepra: tũc ille dedit pacem eccleſie ⁊ xp̄ianis. ita ꝙ nullus amplius xp̄ianũ interficeret ꝓpter fidẽ. ⁊ ſic ceſſauit gladius. Sz mõ eſt gladius reuocat⁹ in eccleſia ita ꝙ ſolum iam multi pauperes interficiuntur ⁊ ꝑſequuntur ⁊ agricole ſanguis effundit. Propterea ſanguis eorum clamat ſuper raptores vindictam ad celu; ſicut ſanguis Abel De quo Gen. iiij. Dominus dixit ad Cayn. Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Secũdus gladius eſt diſcordie ⁊ inuidie quoniam charitas ceſſauit ⁊ in

nidia regnat ꝛ gladius in mũdum intrauit.
Fuit nãq ab aſcenſione domini inter diſci=
pulos ꝛ alios xpianos tanta charitas ꝙ ille
qui habuit duas tunicas dedit vnam nõ ha
benti. ꝛ quicquid habuerunt chriſtiani hoc
erat illis commune. Poſt hoc cepit deficere
charitas eccleſie ꝛ dolus. inuidia. ſuperbia.
ꝛ auaricia intrauerunt. ꝓpterea venit terti⁹
gladius guerre propter defectuz charitatis
De iſto gladio dicitur Apocalipſis. vj. Ecce
apertum eſt ſigillum ſecundi libri: et exiuit
equus rufus: ꝛ qui ſuper illum ſedebat ha=
bebat gladium in manu: ꝛ data eſt ei pote=
ſtas vt tolleret de terra pacem. Ita morali=
ter nos ſumus in vltima etate mundi ante
diem iudicij propter peccata hominuz vult
deus delere terram. Ita deus mittit pla=
gas in mũdũ vt tollatur de terra pax. ꝛ ho=
mines inter ſeinuicem interficiantur. ꝛ hoc
nunq̃ fuit ita maxime inter xpianos. ſicut
modo. ideo locus mũdi eſt perſecutiõis ꝛ in
ſecuritatis. ꝛc. Secũdus gladius eſt eterne
dammatiõis ꝛ vindicte dei. De hoc gladio
dicit ꝓpheta. Niſi conuerſi fueritis gladiũ
ſuũ vibrauit. Item ſi acuero vt fulgur gla=
diũ meũ ꝛ arripuerit iudiciũ man⁹ mea red
dam vltionẽ hoſtibus meis. De iſto gladio
dicitur in Apoc. Uidi thronũ ꝛ qui ſedebat
in throno aſpectus eius terribilis. et ex ore
eius exiuit gladius ex vtraq parte ſcindẽs
Sedens in throno eſt chriſtus ex cuius ore
exiuit gladius ex vtraq parte ſcindẽs ꝛ acu
tus. quia tunc ſcindet tam ad corpus q̃ ad
animam damnatorũ cum dicet ſententiam
mortis eterne. Ite maledicti in ignem eter=
nũ. Et iſte gladius ſcindit quattuor vulne=
ra ite. ſ. a ſocietate omniũ electorum ecce pri
mũ vulnus. maledicti. quia benedictionem
noluiſtis. in ignem qui nũq̃ extinguet eter=
nũ quia durabit ſine fine. Ideo prouideant
iſti nobiles quibus gladius defenſionis eſt
commiſſus ne gladius eterne mortis veniat
ſuper eos. Secundus locus inferni eſt i quo
omnes damnati continentur. ibi triplex eſt
miſeriam de qua premonet nos propheta
zach. ij. ca. ꝛ clamat premonẽdo. O o o filia
ſyon que habitas iuxta babylonẽ fuge. Fi=
lia ſyon dicitur anima deuota. quia ſyon in=
terpretatur ſpeculũ ſancte trinitatis. et ba=
bylon dicitur confuſio. ꝛ ſignificat eternam
damnationẽ. ergo premonet nos dicens. O
anima deuota que habitas iuxta filiam dã=
nationis fuge ne venias ad eã ſcilicet in lo=
co tormẽtoꝝ. Dr̃ ergo ter o o o ꝓpter tria. Primo
eſt ibi o filia ſyon fuge. quia ibi nulla eſt mi=
ſericordia. ſed ibi eſt terra obliuionis. Unde

pſ. Obliuioni datus ſum tanq̃ mortuus a
corde. Et ſi omni die mille miſſe legerentur
vni damnato nihil ſibi prodeſſet. quia in in=
ferno nulla eſt redemptio. ꝛ hec Iob. ſʒ pro=
deſt illis qui ſunt in purgatorio. Unde Sap.
v. Spes impij tanq̃ lanugo eſt que a vento
tollitur. Secũdo dicitur. O filia ſyon fuge.
quia ibi ſunt tenebre terribiles. Ideo dicit
Iob. x. Dimitte me paululũ vt plangã dolo
rem meũ anteq̃ vadam ad terram tenebro
ſam ꝛ opertã mortis caligine terram miſe=
rie ꝛ tenebrarum vbi nullus ordo ſed ſempi
ternus horror inhabitat: ergo fuge. Tertiũ
o dicit. O filia ſyon fuge ne ibi venias: quia
ibi eſt ignis inextinguibilis. Unde Eſa. xxx=
iiij. Quis ex vobis poteſt habitare cuz ardo
ribus ſempiternus in loco horroris ꝛ vaſte
ſolitudinis vbi nulla eſt aqua refrigeratõis
vt patet de diuite in euangelio. Luce. xvj. q
fuit in tormentis ꝛ patiebatur in igne in lin
gua ꝛ petiuit abraam vt mitteret lazarum:
vt extremum digiti in aquam mitteret ꝛ re=
frigeraret linguam quia cruciabatur in flã=
ma. Reſpondit abraam ꝙ non poſſet fieri:
quia eſt magnum chaos inter damnatos et
electos. i. magna diſtantia: ꝛ ſic patet ſcdm
ſcilicet locus eterne damnationis. Tertius
eſt loc⁹ purgatorij in quo ſimiliter ſunt tria
mala ꝛ tribulationes: ſed tamen aĩa in pur
gatorio ſemper eſt in ſpe ſaluatiõis. De iſto
loco dicit Grego. iiij. dialo. ꝙ anime purgã=
tur in diuerſis locis. alique purgant in igne
alique in aqua alique in glacie. vt pʒ in paſ=
ſionali de epiſcopo theobaldo cui apporta=
batur glacies in qua fuit anima quã trigin
ta miſſis liberauit. Et in quolibet loco ſuſti=
nent diuerſas penas. ꝛ alique citius purgã
tur. ꝛ alique diutius. ꝛ precipue habent tria
ve. De quo Iohã. in Apoca. Uidi aquilã vo
lantem per medium celi ꝛ voce magna cla=
mantem. Ue ve ve hominibus habitantib⁹
in terris ſcilicet in purgatorio in loco tene=
broſo ꝛ penarum. Ita moraliter iſta aqui=
la eſt beatus Iohannes qui comparatur a=
quile propter ſanctitatem ꝛ contemplatio=
nem glorie ꝛ pene. Naz in cena recubuit ſu=
pra pectus domini vbi vidit omnia tam in
celo q̃ in purgatorio. Dicit ergo ter ve pro=
pter penas de tribus peccatis ad que om=
nes homĩes naturaliter ſunt inclinati. Pri=
mo ve ſuperbis. Unde Eſay. Ue corone ſup
bie: quia quicquid homo per ſuperbiaz pec=
cat ꝛ non delet in hac vita per penitentiam
pro illo ſuſtinebit in purgatorio ignominiã
id eſt deſpectionem: quia diu deſpicietur ab
electis donec purgetur. vt fiat clarior ſole.

Unde in Apocalipſi. Quantum fuit in deli
tijs ſuperbie tãtũ date ei de tormẽtis igno
minie. ergo primum ve habet. Secundo cla
mat ve auaris. Multi ſunt qui ſtudent aua
ricie: vt dicit Abacuch. Ve qui congregat nõ
ſua. Et q̃uis confiteantur ⁊ habeant contri
tionem: ⁊ tamen non ſatiſfaciant hic in vita
tunc oportet nos ſatiſfacere in purgatorio.
⁊ iſti ſuſtinẽt maximas horrores ⁊ viſiones
demonum: ſed tamen non poſſunt animas
trahere ad eternam damnationem. ſed cru
ciant per horribilem aſpectum. Unde Eze
chielis ſcdo. Ve tibi qui habitas inter ſcor
piones et ſubuerſores qui tecum habitant.
ergo ſecũdum ve. Tertio ve clamauit: quia
ve luxurioſis qui confeſſi ſunt ⁊ ſatiſfactio
nem non faciunt. ideo in purgatorio oportz
eos ſatiſfacere iſti ſuſtinẽt fetorem maximũ
Aliqui ſunt ad mille annos. Aliqui ad diez
iudicij. Ideo clamant quotidie iſtud Job.
Miſeremini mei miſeremini mei ſaltẽ vos
amici mei. Aliquando ducũtur de aquis ni
uium ad calorem nimium: vt pene augmẽ
tentur. ideo clamat tertio ve. Auguſtinus
Igitur penitentiam condignam faciamus
vt in tempore mortis accipiamus in breui
eternã gloriaz. Et ſic ptz locus tertiꝰ. Quar
tus locus eſt locus vite eterne. De quo pſ.
Beati qui habitant in domo tua domine in
ſecula ſeculorum laudabũt te. ibi triplex eſt
gaudium. De quo dicit apoſtolus ſic. Nec
oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor ho
minis aſcendit. quãta ſunt gaudia que pre
parauit deus diligentibus ſe. ideo dicit Je
remias. A. a. a. domine deus neſcio loqui.
Quia ibi erit iocundiſſima viſio in facie ſan
cte trinitatis que facies illuſtrat totum celũ
Ideo non indiget neq̃ ſole neq̃ luna in quã
faciem deſiderant angeli proſpicere. vbi ho
mo videt omnia tanq̃ in ſpeculo preterita.
preſentia ⁊ futura. Ergo a primo. Secundo
a propter ſocietatem delectabilem vbi ange
li ⁊ omnes electi vt fratres habitant in vnũ
Unde Pſal. Ecce q̃ bonum ⁊ q̃ iocundum
habitare fratres in vnum. Tertio a domi
ne deus propter gaudium ſine dolore. Un
de Johan. in Apocalip. Et abſterget deus
omnem lachrymam ab oculis eorũ. ⁊ Eſay.
xxxv. Leticia ſempiterna ſuper capita eorũ.
Gaudium ⁊ leticiam obtinebunt ⁊ fugiet do
lor ⁊ gemitus. Ergo a domine deus ⁊ ſic pa
tet de loco eterno vbi eſt gloria eterna. Ergo
quo ad thema. Da huic locum glorie qui fu
it bonus in loco huius mundi ⁊ ſe humilia
uit. et da huic locum inferni qui ſe in hoc lo
co exaltauit.

¶ Dñica decimaoctaua. Ser
mo. lix.

**D**Iliges dominum de
um tuuz ex toto corde tuo. Ma
thei. xxij. Nota ꝙ cor humanũ
non poteſt ab amore naturali
quieſcere aut diligit terrena aut celeſtia. Si
diligit terrena tunc certe comparatur ter
re. Nam terra eſt frigida ⁊ põderoſa. ita ta
lis hominis cor eſt põderoſum et tardũ ad
omnia bona ⁊ frigidum. vnde Math. xxiiij.
Quoniam ſuperabundauit iniquitas refri
geſcit charitas multorum. Et ſi cor huma
num eſt in dilectione occupatum circa cele
ſtia tunc comparatur paradiſo: quia para
diſus ieſt locus altior q̃ terra: ⁊ ꝓpter hoc di
luuiũ terre nõ itrauit padiſuz. Itẽ de para
diſo exeũt quattuor flumina. ita de corde di
ligenti celeſtia ⁊ ſpiritualia: quia diligit de
um. diligit proximum. diligit parentes. dili
git amicos. ⁊ diligit propter deuz inimicos
Ut autem vnuſquiſq̃ preponat dilectionez
dei. et poſtponat dilectionem terrenorum.
dicit dominus in euangelio quod modo ſe
quitur. Acceſſerunt ad ieſum phariſei ⁊ in
terrogauit eum vnus ſcilicet legiſdoctor tẽ
ptans eum dicens. Magiſter quod eſt man
datum magnum in lege. Ait illi ieſus. Dili
ges dominum deum ex toto corde tuo: ⁊ ex
tota mẽte tua. ⁊ ex tota anima tua. Hoc eſt
maximum ⁊ primum mandatum. Secun
dum autem ſimile eſt huic. Diliges proxi
mum tuum ſicut teipſum. In his duobus
mandatis tota lex pendet ⁊ prophete. Con
gregatis phariſeis interrogauit eos ieſus
dicens. Quid vobis videtur de chriſto cuiꝰ
filius eſt. dicunt ei dauid. Ait ei ieſus. Si fi
lius dauid eſt quomodo dauid in ſpiritu vo
cat eum dominum. cuz non ſit ex lege ꝙ pa
tet vocet filium ſuum dominum dicens in
Pſal. Dixit dominꝰ domino meo ſede a dex
tris meis: Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ
pedum tuorum. id eſt donec priuem dyabo
lum poteſtate ſua quam habet in mundo.
Dauid vocat eum dominũ quomodo filius
eius eſt. ⁊ nemo poterat ei reſpondere ꝟbuz
neq̃ auſus fuit q̃ſq̃ ex illa die iterrogare eũ
Et ſic patet euãgelium. Quo ad thema. Di
liges dominum deum tuum. Debemus au
tem deum diligere quattuor modis. videli
cet fortiter. ſapienter. ardenter. conſtanter.
Primo dico ꝙ debemus deum diligere forti
ter. Unde dicit anima deuota in Cant. viij.
Fortis eſt vt mors dilectio: quia ſicut morti
nullus poteſt reſiſtere nec eam ſuparare. ſic di

lectioni dei. vnď dicit apoſtolus ad Ro. viij.
Quis nos ſeparabit a charitate dei. ſcio ꝙ
neqꝫ vita neqꝫ mors. Homo eniꝫ dicitur for
tis in mundo qui de fortiſſimo hoſte trium-
phat propter deum quem diligit: ſicut Da-
uid qui pugnauit contra goliam ⁊ vicit euꝫ
ſicut patet. i. Regum decimoſeptimo. Item
homo dicitur fortis in mundo cui nihil eſt
difficile propter eum quem amat.: vt patet
de raptoribus et militibus qui propter ſu-
os dños exponũt ſe periculo mortis. Ita ho
mo dicitur fortis in ſpiritualibus qui ſemꝑ
paratus eſt in ſeruitio dei. Unde dicit poeta
Amor vincit omnia. Iteꝫ homo dicitur for
tis qui eſt ligatus vinculis fortiſſimis: ⁊ pro
pter eum quem diligit dirumpit omnia vin
cula: vt patet in figura de ſamſone Judicuꝫ
xvi. Samſon fortiſſimus ligatus viculis for
tiſſimis ab inimicis ⁊ irruit in eum ſpiritꝰ
fortitudinis ⁊ dirupit vincula ⁊ multos ini-
micos occidit in agro. Ita ſpiritualiter exi-
ſtens in peccatis mortalibus in tenebris ſe
det ligatus vinculis fortitudinis peccato
rum. vnde pš. Funes peccatorum circum
plexi ſunt me: ſed cum diligit dominum de-
um ſuum ex toto corde ſuo: tunc irruit in cũ
ſpiritus fortitudinis ⁊ abſoluit ⁊ frangit ꝑ
contritionem ⁊ confeſſionem omnia vincu-
la peccatorum ſuoruꝫ: ⁊ tunc poteſt bene di
cere illud pš. Dirupiſti vincula méa domĩe
⁊ tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Item ho-
mo talis bene poteſt dici fortis qui aliquid
tenet ita fortiter ꝙ nemo poteſt de manu eiꝰ
redimere. Ita ſpiritualiter talis homo be-
ne poteſt dici fortis qui tenet amorem dei v̾
tutibus adherẽs deo. vnde pš. Mihi adhe
rere deo bonuꝫ eſt. Et ſic patet pͥmum. Se
cundo dico ꝙ debemus diligere deum ſapi-
enter vt in eius amore viuamus. Nam non
exiſtens in amore eſt quaſi mortis imago:
vt dicitur. i. Joh. iij. Trãſlati ſumus de mor
te ad vitam quoniam deum diligimus. Et q̃
non diligit deum manet in morte. Si enim
deum diligere volumus ſapiẽter neceſſe eſt
vt ipſum cognoſcamus: qꝛ dicit Augu. Ni-
hil amatum niſi cognitũ. Quanto enim res
eſt nobilior tantomagis diligitur: vt patet
de auro ⁊ argento. Et qꝛ deus eſt ſummum
bonum: ergo debet magis diligi. Sed ſunt
aliqui .q̃ ſtulte faciunt: quia diligũt vilia ⁊ no
bilia contẽnunt: vt patet in figura ſcholaſti
ca hyſtoria de puero Moyſe qui cũ erat tri-
um annorum ſtabat ante menſam Pharao
nis. ⁊ Pharao accepit coronam de capite: ⁊
poſuit ſupˀ caput pueri: ⁊ puer ꝓiecit ad ter-
ram coronam nobilem. Et omnes dixerunt
ſtulticia ſua eſt: ⁊ ita mult ſunt in hoc mũdo
quibus aurea corona in capite ponitur quã
do dilectio dei imprimitur in baptiſmo per
fidem: ſed quando trãſitoria magis diligũt
q̃ꝫ bonum eternum: coronam de capite pro-
iciunt in terraꝫ. Unde conqueritur Threñ.
vlti. Cecidit corona capitis noſtri: ve nobis
qꝛ peccauimus. Iſti diligunt deum ſapien-
ter qui referunt grates deo: eo ꝙ nos cũ ni-
hil eſſemus de nihilo creauit ad imaginem
⁊ ſimilitudinem ſuam: vt patet in Gene. i.
Creauit deus hominem ad imaginem ſuã
Creauit etiam hominem valde nobilẽ quo
ad corpus: ⁊ etiam quo ad anima. vnde in
pš. Lauda anima mea dominum. Etiam
deum diligunt ſapienter: qui recolunt bene
ficium redemptionis. Unde Apoca. i. Qui
dilexit nos ⁊ lauit nos in ſanguie ſuo a pec-
catis noſtris: qui pro aliquo intrat mortem
merito diligit euꝫ. Ita fecit chriſtus nobis.
Maiorem charitatem nemo habet vt aĩam
ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Etiam il
le diligit deum ſapienter qui refert grates
pro miniſterio creaturarum. Nam deus om
nes creaturas ad miniſterium hominũ de-
putauit. Unde Augu. in libro de confeſſio-
ne. Celum ⁊ mare ⁊ omnia que in eis ſunt.
vndiqꝫ dicunt nihil vt diligam te domine.
Uidemus nanqꝫ ſolem: lunam: ⁊ ſtellas ꝙ
ſeruiunt homini ⁊ terra profert fructum ad
indigentiam hominis. Et ſic patet ſecundũ
Tertio. dico ꝙ debemus deum diligere ar-
denter. ⁊ talis ardor accenditur per deuotã
de deo meditationem vnde pš. Et in medi-
tatione mea exardeſcet ignis. Pro iſta dile-
ctione feruente petiuit Augu. in lib. confeſ-
ſio. dicens. O amor qui ſemper ardes ⁊ nũ-
q̃ꝫ extingueris accende cor meum ⁊ illumi-
na ſenſus meos vt deum ſuper omnia dili-
gam. Dilectio vera comparatur igni ſm̃ ſen
tentiam ſaluatoris Luce. xij. Ignem veni
mittere in terram: id eſt charitatem. Ignis
enim naturalis eſt leuis materia: ideo ad
ſumma ſe eleuat. Ita cor deum diligens ſuꝑ
celeſtia meditatur. Unde Philip. iij. Noſtra
cõuerſatio eſt in celis. Ignis naturalis groſ
ſam materiam in ſubtilem vertit: ita ignis
vere dilectionis omnia tranſitoria in cele-
ſtia ⁊ eterna mutat. Item ignis naturalis
accendit ⁊ calefacit frigita: ita vere dilectio-
nis ignis cor calefacit frigidum ad dilectio
nem dei. Item ignis naturalis illuminat:
ita ignis diuine dilectionis illuminat ratio
nem hominis vt deum diligat ⁊ cognoſcat.
De iſto igne naturali legimus figuram in
Leuiti. vi. Dixit dominus ad Moyſen.

Ignis in altari meo ſemper ardebit quem ſacerdos nutriet ſubijciens ligna. Et ideo igne impleuerunt thuribula aurea. et dicebatur ignis viuus: q2 nunq̄ extinguebatur quia dabatur pro ſacrificio: ita ſpiritualiter in altari cordis debet ſēper ardere ignis diuini amoris quem ſacerdos debet nutrire predicationibus ligna ſubijciens dñice paſſionis chriſ.i vt cogitet q̄ñtum deus hominem dilexit: ⁊ ſic impletur thuribulū aureum quādo memoria ardet in deuota oratione. Et ſic pꝫ tertium ꝙ deū debemus diligere ardenter. Quarto ꝙ debem⁹ deuꝫ diligere conſtāter. Nam ſunt incōſtantes in dilectione qui diligunt hodie opera bona: et faciunt ea in diuino amore: ſed cras odiunt mala perpetrando. ſed deuꝫ diligit aīa deuota. Cañ.v. Adiuro vos filie hieruſaleꝫ id eſt angeli dei ſi inueneritis dilectū meuꝫ: et veneritis ad deū mea opera bona preſentādo dicite ei: quia amore lāgueo ex conſtāti dilectione. Sicut em̄ quando homo eſt incōſtanti dilectione ⁊ nō poteſt habere queꝫ diligit lāguet ex amore. Ita ſpiritualiter homo lāguet ex deſiderio eterne vite. Cōparatur em̄ vera dilectio dei languori corporali ꝓpter quattuor. Primo ꝓpter guſtum: q̄a quādo homo languet nō ſapiunt ſibi cibaria: ita ꝙ homini diligenti deum cōſtanter non ſapiunt carnalia. Auguſt. Diligēti aīe deſipit omis caro. Secūdo propter auerſionem oculorum: quia quādo homo languet et videt haſtiludia ⁊ choreas auertit oculoſ et abhorret talia videre. Item homo deum diligens abhorret omia tranſitoria ⁊ vana. Unđ dicit dñs ad Gal.vi. Crucifixus eſt mihi mūdus ⁊ ego mūdo. Iteꝫ Greg. Uileſcūt anime omnia que habentur in terris. Tertio q2 omnia ſunt homini languētiamara. Ita lāguor ſpūalis facit homini amara omnia peccata nō ſolū ſua: ſed etiaꝫ aliena. Uñ Paulus poſtq̄ deū conſtāter dilexit ex tota anima dixit ad Ro.ix. Triſticia eſt mihi magna ⁊ continuus dolor in corde meo quicq̄d audio malum de ꝓximo vel video. Quarto languor naturalis quotidie eſt in deſiderio videre in amore quē corde diligit. Uñ Cañ. ij. Sub vmbra illius ſedi quem deſideraui. Ita anima cuiuſlibet fidelis que eſt in amore dei continue non requieſcit donec videat deum facie ad faciem. Unde dauid in pſ. dicit Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. ⁊ non requieſcam donec veniam ⁊ apparebo ante faciem dei mei. Iteꝫ quietatur vt nullam aliam creaturam querat niſi ſolum deum. Unde Auguſt. ſupra Gēñ. Una eſt virtus ibi amare quod videas. videre qđ amas ⁊ amatum eternaliter in tranquillitate poſſidere. Ergo quo ad thema. Dilige dominum deum tuum ex toto corde tuo fortiter ſapienter. ardenter. ⁊ conſtanter.

¶ Dñica decimanona.

Sermo. lx

Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Mathe. ix. Nota ante peccatuꝫ generatio humana habuit quattuor bonas vtilitates. Prima fuit libertas. Nam libertas preualet auro. Sed illam poſt peccatum amiſit. ⁊ facta eſt quaſi filia captiua. Quod conqueritur. Eſay. lij. Captiua filia ſyon. ſolue vincula colli tui. Secunda fuit pulchritudo. Unde de ea dicebať. Cañ. vi. q̄ pulchra es ⁊ q̄ decora chariſſima in delitijs. Statura tua aſſimilata eſt palme: ⁊ illam amiſit ⁊ facta eſt quaſi nigra. Unde Threñ. iiij. Denigrata eſt facies noſtra ſuper carbones. Tertia eſt ꝙ fuit virtutibus adornata: ſed poſt peccatuꝫ virtutibus ſpoliata. vnde Luce. x. Deſcēdit homo ab hieruſalem in hierico: ⁊ incidit in latrones qui ipſum ſpoliauerunt ⁊c. Quarta fuit ſapientie claritas quam amiſit. vnde Auguſti. ſuper Gene. Adam ante peccatum omnibus herbis: omnibus animalibus nomina impoſuit: ⁊ omnes curſus ſtellarum ſciuit tanq̄ optimus aſtronomus: ſed poſt peccatuꝫ hec omnia amiſit. vnde apoſtolus Romanorū. i. Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Et illud cognouit homini euenire ſaluator. Ideo ait verbum preallegatum. Fili confide remittuntur tibi peccata tua. quomodo enim ⁊ quare dicat: hoc oſtendit preſens euāgeliuꝫ: ſcꝫ quod ſequitur. Aſcendens ieſus in nauiculam tranſfretauit ⁊c. Nam ante tranſibat illud mare ſine naui: vt oſtēderet ſuam deitatem: ſicq̄ modo voluit tranſire cum naui vt oſtenderet ſuam humanitateꝫ et venit in ciuitatem ſui que dicitur capharnaum: quia ibi multa miracula fecit. Cum intrauit eam offerebant ei paralyticum iacentem in lecto: ⁊ rogabant eum vt ſanaret ipſum: quia per multos annos erat infirmus: ⁊ nullus medicus poterat ipſum curare. dixit autem dominus ad infirmum. Cōfide fili remittuntur tibi peccata tua. Tūc ſcribe ⁊ phariſei cogitabant intra ſe. Quis eſt hic qui intermittit ſe dimittere peccata: cum nemo pōt dimittere niſi ſolus deus Uidēs dñs cogitationes illoꝝ peſſimorum dixit. Quid cogitatis mala i cordib⁹ veſtris

Quid eſt facilius dicere. dimittũtur tibi pec
cata tua. an dicere ſurge ꝛ ambula. Ut autẽ
ſciatis quia filius hominis habet poteſta-
tem dimittendi hominibus peccata in ter-
ra ex ſua diuinitate. Dico tibi paralytice.
Surge ꝛ vade: ꝛ tolle lectum tuũ ꝛ vade in
domum tuã ꝛ ſtatim ſurrexit. Videntes tur
be timuerunt ꝛ glorificabãt deuz qui dedit
talem poteſtatem hominibus: in terra talia
opera facere. Ergo ad thema. Confide fili
remittũtur tibi peccata tua. Unde ſciendũ
ꝙ quattuor modis debemus eſſe filij dei vt
nobis dicat verbum preallegatũ. Primo pa
tri noſtro debemus aſſimilari. Secũdo ip-
ſum diligere. Tertio ei⁹ correctiones pati-
enter ſuſtinere. Quarto i neceſſitate ad deũ
recurrere. Primo dico ꝙ filij dei ſim⁹ vt no
bis dicit hoc verbum: debemus noſtro pa-
tri aſſimilari. Unde videm⁹ ꝙ ſi filij carna
les aſſimilantur ſuo patri carnali: tũc dili-
git eos plus ꝙ̃ ſi nõ aſſimilarent. Ita certe
eſt de nobis ſi imago trinitatis in qua fecit
nos ſimiles ſibi in nobis mũda ſeruet: tũc
erimus ſibi ſimiles: vt patet Gen. i. Facia-
mus hominem ad imaginez ꝛ ſimilitudinẽ
noſtram. Cum eñ anima de nihilo a dõ cre
atur. trinitas ſtatim imprimit opus trinita
tis in ipſam. ꝛ ſicut deus eſt trinus in perſo
na: ꝛ vnus in eſſentia. Ita videlicet anima
vna in ſubſtantia: trinitas in potentia. Nã
pater imprimit anime potentiã vt potẽter
ſi vult põt reſiſtere omibus impugnantijs
dyabolice fraudis. ꝛ huius mũdi ꝛ carnali
bus cõcupiſcentijs. ꝛ filius imprimit ſapiẽ-
tiam. quia eſt ſapientia patris qua aĩa poſ-
ſit diſcernere inter bonum ꝛ malum: bonũ
appetendo. maluz vero vitando. ꝛ ſpiritus-
ſanctus imp̄mit in eũ itellectũ quo poſſit ſꝑ
facere bonum ꝛ proficere de virtute in vir-
tutem ꝛ poſſit creſcere in virum perfectum
in ſpiritualibus. Huius legimus figuram.
Gen. xl. Pincerna pharaonis vidit vitẽ. vnã
et in ea tres ramos ꝛ vuas, ꝑducẽtes ac mit
tentes quas vuas accepit ꝛ expreſſit vinum
inde in calicez ꝛ dedit regi. ꝛ rex accepit gra
tanter ꝛ reſtituit in gradũ priſtinũ. Ita mo-
raliter pincerna pharaonis ſedens in car-
cere eſt aĩa, ſedens in corpore. vt dicit apo
ſtolus. Quis me liberabit ꝺ carcere mortis
huius. Illa aũt habet tres potentias. vide-
licet memoriam: volũtatem: intellectuz. De
bet igitur accipere tres vuas de illis tribus
ramis que ſunt contritio: confeſſio: ꝛ ſatiſfa
ctio: ꝛ exprimere vinum contritionis in cali
cem cordis. vnde in pſ. Potaſti nos vino cõ
pũctionis. ꝛ preſtare regi altiſſimo. ꝛ gratã
ter accipiet tanꝙ̃ pater clementiſſimus: et
reſtituet nos in gradum priſtinum ꝛ ſic in il
lis tribus potentijs: videlicet memoria. vo
lũtate ꝛ intellectu aſſimilamur ſibi. Si bene
has potentias regimus tunc nos magis di
ligit ſicut pater filium qui ſibi aſſimilatur.
Scđo dico ꝙ filii ſum⁹ dei. Si dicat ad nos
Fili remittũtur tibi peccata tua. neceſſe eſt
vt ſibi gratias pro beneficiis nobis collatiſ
referamus. vnde dicit Bern. Ingratitudo ẽ
ventus exiccans oẽm fontem gratie ꝛ miſe
ricordie. Nam videmus ꝙ filius habet vi-
tam corporaliter a patre. ideo ipſuz natura
liter diligit tanꝙ̃ creatus ab ipõ: ꝛ ſpiritua-
liter ſum⁹ per filium dei creati: ideo merito
chriſtũ diligim⁹ Unde Apoc. i. Qui dilexit
nos ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſangui
ne ſuo. Itez apoſtolus ad Ephe. v. Sicut fi
lij chariſſimi ambulate in dilectione in qua
chriſtus nos dilexit. quia nulli creature tan
tam dilectionẽ oſtendit ſicut generi huma-
no. Nam creaturas ſuperiores nõ redemit
ſed tantũ hoiem ꝛ ipſas ſuperiores creatu
ras ad hoim cuſtodiã cõſtituit: vnde in pſ.
Angelis ſuis mãdauit de te vt cuſtodi. te in
omni. viis tuis. Item inferiores creaturas
ad ſeruiendũ ordinauit. vt ptz de ſole ꝛ lũa
et ſtellis ꝛ de terra que nobis ſeruiũt cũ fru
ctibus diuerſis: ꝛ de mari ꝛ aquis que nob
ſeruiũt cũ piſcibus. vnde in pſal. Omia ſub
ieciſti ſub pedibus ei⁹ oues ꝛ boues ꝛc. Vo
lucres celi ꝛ piſces maris ꝛc. Ideo debes ip
ſum veraciter diligere ſicut filius patrẽ. vt
dicat tibi verbũ thematis. Fili mi remittũ-
tur tibi peccata tua. Tũc debes primo om-
nez rem ꝑpter ipm ꝙ̃tũcũꝙ̃ dilectã poſtpo-
nere ꝛ ipm dilectioni tue preponere: qꝛ ipſe
ꝑpter te poſtpoſuit omia trãſitoria. Itẽ de-
bemus ꝑpter ipm ꝑpriam volũtatez abne
gare. ꝛ hec tria ait dñs petro. Ioh. vlti. Pe
tre diligis me. reſpõdit petrus. Dñe tu ſcis
qꝛ amo te. dixit tertio. petre amas me. tunc
tacuit ad tempus modicũ cogitando quo-
modo te ita replicãdo iterrogat: amas me.
et reſpõdens petrus tertio dicit. tu ſcis dñe
qꝛ amo te. Hic oritur queſtio. Quare ſic tri
bus vicibus interrogauit: reſpõdet. interro
gauit primo. petre amas me vt ꝑpter me
oẽs creaturas dimittas hui⁹ mundi ꝛ ſeq
re me. Scđo petre amas me. vt ꝑpter meã
dilectionem inimicũ diligas quod eſt ſignũ
maxime perfectionis. Tertio petre amas
me: vt ꝑpter me tuã propriam volũtatez et
teipſum relinquas ꝑpter dilectionem dei.
Relinquit ſeipm qui naturaliter eſt ſupbus
et facit ſe humilẽ: ꝛ qua naturaliter eſt lu-

xurioſus ⁊ facit ſe caſtuz ⁊ qua naturaliter
eſt auarus ⁊ facit ſe miſericordem. Et ſic pz
ſcōm. Tertio dico ꝙ debemus eſſe filij dei
vt nobis valeat dicere. Fili remittunt̄ tibi
peccata tua: eius correctiones patienter ſu
ſtinere vt videmus ꝙ filij boni ſuſtinēt ver
ba dura parentum ⁊ verbera dura nec ideo
turbētur. vt ſapiens in ꝓuerbi. Qui diligit
git filium augmētat virgam. Jta ⁊ nos de
bemus patienter ferre correctiones duras
quas immitit per infirmitatem corporis et
priuationez rerum temporalium. Exēplū
habemus in patre naturali qui ſi habet fi
lium quē tenerrime diligit ⁊ viderit ipſum
peccare corrigit ipm̄ ne maius malum ſeq̄
tur. Ut habetur in figura cuiuſdā romani q̄
habuit filium quez dilexit nomie lucretius
et dimiſit ſibi oēm volūtatem: nec correxit
tandem furabatur ⁊ apprehendebat̄. cum
ad ſuſpendendū duceretur petiuit vt patri
ſuo vnum verbū poſſet loqui. ⁊ tandem pa
ter fuit vocatus ad filiuz. Et filius dixit. Di
lecte pater da mihi oſculuz anteꝙ moriar.
Et cum pater voluit oſculari filiū filius vo
luit apprehendere naſum patris ⁊ morde
re. dixit ad patrē. Pater ſi me dilexiſſes na
turalem filiū in iuuentute mea me bn̄ corre
xiſſes. ſed ex quo me nō correxiſti ⁊ volūtatē
meam dimiſiſti ſum confuſio tua et omniū
amicorū meorum. ⁊ mortez turpiſſimaz me
oportet ſuſtinere. Ne ergo ſimus confuſio
oium amicoꝝ noſtrorum in die iudicij vult
nos hec deus vt pater miſericors corripere
per aduerſitates vt valeat nos in die iudi
cij exaltare dicens. Mathe. xxv. Uenite filij
benedicti patris mei percipite regnuz. et ſic
patet tertium. Quarto dico qui vult eſſe fili⁹
dei dilectus vt ſibi valeat dicere. Fili mi re
mittūtur peccata tua debz in neceſſitate ad
deum tanꝙ ad patrem recurrere ſuū auxi
lium inuocare. Unde videmus ꝙ fili⁹ licz of
fendit patrem ſuum naturalē cum ſit in ne
ceſſitate recurrit ad patrem. vt patet de an
tiqua lege ⁊ noua. Jn antiqua legimus. ij.
Reg. xviij. de abſolon qui offendit patrē ſuū
Dauid et tamē cū pater filium in neceſſita
te vidit: ⁊ audiuit filium ex relaxatione tri
bus lanceis tranſfixū a Joab ait. Quis mi
hi det vt moriar pro te fili mi abſolon. Jta
et nos qn̄is deū offendimus debem⁹ tamē
in omni tribulatione ſuū auxilium inuocare
Unde Dauid in pſ. Ad dn̄m cum tribula
rer clamaui ⁊ exaudiuit me. Jtem ptz in no
ua lege. Luce. xv. de filio ꝓdigo qui cōſump
ſit oēm ſubſtantiaz ⁊ patrimoniū inutiliter
tandem venit in tantam miſeriā vt cuperet
ſaturari de ſiliquis quas porci mādueabāt
et nemo illi dabat. Et dixit. Uadam ad pa
trem meuz ⁊ dicam ei. pater peccaui fac me
ſicut vnum de mercēnarijs tuis. Et mia mo
tus pater ſuper filiū dedit ei tria dona. Pri
mo dedit ei primā ſtolam. ſecūdo anuluz in
manu. ⁊ tertio calciamēta in pedib⁹ ⁊ fecit
conuiuiū. Jta pater noſter celeſtis quez mul
tum offendimus malis cogitationib⁹. ma
lis verbis. malis operibus. tamē in neceſſi
tate ⁊ anguſtia noſtra in quibus ſumus per
peccata poſſumus ad patrem recurrere et
dicere. O pater qui es in celis peccaui corā
te: non ſum dignus vocari filius tu⁹ ſed me
ad miſericordiam recipe. ⁊ fac me ſicut vnū
de famulis tuis. Quod vidēs pater celeſtis
dat nobis primam ſtolam: id eſt gratiā quā
amiſimus: dat nobis anulū: id eſt charita
tem. calciamenta in pedib⁹: id eſt bonas af
fectiones. ⁊ facit nobis conuiuiū pane cele
ſti nos reficiens ⁊ dat nobis verbū thema
tis preallegatum. Cōfide fili remittuntur
tibi peccata tua.

## ¶ Dn̄ica viceſima. Sermo. lxi.

Loquebatur ieſus prin
cipib⁹ ſacerdotū phariſeis et di
ſcipulis ſuis. Mat. xxij. Nota iſte
rex multū ab hoibus laudat̄ qui nō ſolū in
uitat q̄bis hoies ad curiā ſuā ſed etiā mit
tit vbiꝙ locoꝝ nūcios vocando ad curiā ſuā
et illam apperit omibus ad intrandū libe
re ⁊ vias facit pacificas vt nullus q̄ nō per
tinet ad regē poſſit eis viā impedire. Jta fe
cit Salomon rex ſapiētiſſim⁹ in antiqua le
ge ferens ſceptrū ordinauit duodecim ſapi
entiſſimos totius regni ſuper ꝓuiſione de
vijs regalibus vt vnuſquiſꝙ poſſet pacifice
ire ad curiā ſuā. Jta ſpūaliter fecit dn̄s no
ſter ieſus xp̄s tenēs ſceptrū noue legis mie
et gratie. vt dicit Joh. in Apo. Jpe eſt rex re
gum ⁊ dn̄s dominantiū. ⁊ ideo merito lau
dandus ſup omnes gentes ⁊ reges: q2 ipſe
non ſoluz inuitat: immo curiā regni celeſtis
aperit vias facit planas. ſupplicat cōpellit
et donat munera diuerſa vt ad ipm̄ venia
mus. vt pz in euāge. Loquebat̄ ieſus princi
pib⁹ ſacerdotū phariſeis ⁊ diſcipulis dicēs
Simile eſt regnū celoꝝ homini regi q̄ fecit
nuptias filio ſuo. ⁊ miſit ſeruos ſuos vocare
inuitatos ad nuptias ⁊ nolebāt venire. Jte
rum miſit alios ſuos dicēs. Dicite iuitatis
Ecce prādiū meū paraui. tauri mei ⁊ altilia
mea id eſt volucres occiſa ſūt. ⁊ oia parata

venite ad nuptias. Illi autez neglexerunt et
abierũt. alius in villam ſuã. ali⁹ ad negocia
tionem ſuam. Reliqui vero tenuerunt ſer=
uos eius. ⁊ contumelijs affectos occiderunt
Rex autem cum audiſſz iratus eſt. ⁊ miſſis
exercitibus ſuis perdidit homicidas illos
et ciuitatem illoruz ſuccendit. Tunc ait ſer
uis ſuis. Nuptie quidem parate ſunt. ſed q̃
erant imitati non fuerunt digni. Ite ergo
ad exitus viaruz ⁊ quoſcũq; inueneritis vo=
cate ad nuptias ⁊ egreſſi ſerui congregaue
runt omnes quos inuenerunt bonos ⁊ ma
los. Et implete ſunt nuptie diſcumbentiũ.
Intrauit autem rex vt videret diſcũbentes
et vidit ibi hominez nõ veſtitum veſte nup=
tiali. ⁊ ait illi. Amice quomodo huc intraſti
nõ habens veſtem nuptialẽ. Ad ille obmu=
tuit. Tunc rex dixit miniſtris. Ligatis ma=
nibus ⁊ pedibus eius mittite eum in tene=
bras exteriores ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dẽtiũ.
Multi autem ſunt vocati pauci vero electi
Et ſic patet euangeliuz. Iſte rex qui fecit cõ
uiuium filio ſuo eſt deus pater qui prepara
uit nobis conuiuiũ eterne vite. Et miſit nũ
tios primos: ſcz ſanctos patriarchas voca=
re homiem ad celeſte cõuiuiuz. ſed nolebãt
venire. Secũdo miſit alios nuncios videlz
prophetas ⁊ apoſtolos. illos apprehende=
runt iudei ⁊ occiderunt. Et alij neglexerũt
venire. vnus per auaritiam. alius per luxu=
riam. alius per ſuperbiã. igitur rex miſit p̃n
cipes videlicet Tytuz ⁊ Ueſpeſianum qui
obſederunt hieruſalem poſt aſcenſionẽ do
mini. xlij. annis tranſactis ⁊ occiderunt de
iudeis vſq; ad decem centum m̃ilia vt inue=
nitur in iudaico libro vendiderũt nonagin
ta milia. ſemper triginta iudeos pro vno de
nario. ⁊ ſic perdidit homicidas illos peſſi=
mos. ⁊ tandẽ miſit ſuos apoſtolos ad exit⁹
viarum: ⁊ omni die mittit predicatores mo
dernos vt homines ad conuiuium xp̃i vo=
cent. ⁊ tandem in die iudicij mittet angelos
cũ tuba vocare ad nuptias. vidit ibi hoiez nõ
veſtitum veſte nuptiali. id eſt peſſimum pec
catorem qui veſtem que ſibi in baptiſmo eſt
cõmiſſa non habz qua preſbyter veſtit pue=
rum dicens. Accipe candidam ⁊ immacula
tam quã pferas ante tribunal xp̃i. ⁊ illã ho=
mo maculat diuerſis pctis. Cum em̃ domi
nus videt illũ in iudicio dicit. Ubi eſt veſtis
tua nuptialis. ⁊ ille tacet: qz ſcit ſe reum. tunc
ait miniſtris. piſcite euz in tenebras exterio
res ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Et hec ꝟ=
ba concludit dñs. Multi ſunt vocati pauci
ꝟo electi quo ad multitudinẽ hominũ: quia
multi ſunt pagani. iudei. ⁊ mali xp̃iani q̃ eij=
ciuntur ad tenebras exteriores. ergo quo ad
thema. Loquebať ieſus principib⁹ ſacerdo
tum ⁊c. Loquebať dñs quattuor generibus
hominũ. Primo ignorãtibus vt beniuolus
inſtructor. Scdo orantibus vt dilectus con
ſolator. Tertio penitentib⁹ vt fidelis recon
ſiliator. Quarto induratis pctõribus vt ter
ribilis vindicator. Primo dico q̃ dominus
loquitur ignorantibus vt beniuolus in=
formator. informans eos vt tunc ſecure poſ
ſint ſtare ⁊ veſtimentis virtutum ſe ornare:
vt cum ipſo ad cõuiuium eternũ valeant in=
trare. Unde Eſay. xlviij. Ego dñs docens te
vtilia. Loquebatur interdũ docens iuſticiã.
Unde Mat. v. c°. Dico aũt vobis. Niſi abũ
dauerit iuſticia veſtra pluſq̃ ſcriba. ⁊ phari.
non intrabitis in regnũ celorum. Et ille iu=
ſticiam ſue doctrine tenet qui dat deo ſuum
ius ⁊ primo ſuum ⁊ ſibi ſuũ ius. Itẽ aliquã
do lequebatur docens m̃iam. Unde Lu. vi.
Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter ce=
leſtis miſericors eſt: qui ſolem ſuuz facit ori
ri ſuper bonos ⁊ malos. Item loquebatur
docens patientiam. Luce. xxi. In patien=
tia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et
quia locutus ſum vobis: quia perſequemi=
ni de ciuitate in ciuitatem: ⁊ cum venerit ta=
lis hora reminiſcamini. quia ego dixi vobis
Item loquebatur docens charitatem. Un=
de Johannis. xv. Hoc eſt preceptum meum
vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Multi
enim ſunt qui diligunt ſeinuicem: ſed non
ſicut chriſtus dilexit nos: ipſe dilexit nos
ſed propter nos peccare noluit. Et dilectio
eſt veſtis anime. Nam ſicut veſtis tegit tur=
pitudinem corporis: ita dilectio tegit pec=
catum: ⁊ delet vt non appareat nudus corã
deo electis ⁊ angelis. vnde Sapi. Prouerb.
x. Charitas operit multitudinem peccato=
rum. Item charitas aſſimilatur veſti: quia
ſicut veſtes pulchre reddunt hominez ami
cabilem ⁊ pulchrum: ita charitas animam.
vnde pſ. de anima habente hanc veſtem. A
ſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaura
to circũamicta varietate. Item ſicut veſtis
ptegit corpus a multis incõmodis: ita cha=
ritas defendit animam in omibus ſuis ne
ceſſitatibus. vnde apoſtolus. i. Corinth. xiij.
Charitas omnia ſuffert omnia ſperat. Qui
igitur cuſtodit hanc veſtem mundam poteſt
dici beatus. Unde Apoca. xvi. Beatus qui
cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet
ideo dominus loquebatur docẽs iuſtitiam
patientiam miſericordiam et charitatem:
que ornant animam quaſi veſtimenta pul=
chra corpus ne dicat. Amice quõ huc intra=

ſti non habens veſtem nuptialem. Secũdo
dico ꝙ dñs loquitur orãtibus vt dulcis cõ-
ſolator. vñ ait anima deuota Canti. v. Ani-
ma mea liquefacta eſt vt dilectus meus lo-
cutus eſt mihi. Sed nulla anima poteſt au-
dire talem locutionem niſi ab omnibus mũ-
danis fuerit ſeparata ⁊ in contemplationẽ
leuata. Ideo ait dominus Ozee. ij. Ducam
eum in ſolitudinẽ. i. in vitam ſolitariã: ⁊ ibi
loquar ad cor eius. In ſolitudine homo po-
teſt deuote orare: ⁊ loqui cum deo ⁊ deus cũ
eo. Ideo ſancti viri tam antique legis ꝗ̃ no-
ue legis querebant ſolitudines: vt patet de
moyſe Exo. iij: Quãdiu fuit in egypto domi-
nus nõ loquebatur ei: ſed dũ minabat gre-
gez ouiũ in interiora deſerti ibi loquebatur
dñs ad moyſen. At ille. Dñe qd iubes. Ait
dñs ad eũ. Uade ⁊ dic pharaoni vt dimittat
populũ meum: qꝛ clamat ad me ⁊ ego eruã
eos in manu potenti: ⁊ hec non loquebatur
dñs in egypto ſed in deſerto. Item patet de
ſaul. i. Reg. ix. ꝗ̃diu fuit cum patre ⁊ matre
⁊ fratribus in patria nõ fuit vnctus: in regẽ
ſed quãdo ſaul fuit in deſerto querendo aſi-
nas patris ſui: tũc loquebatur dñs ſamueli
vt vngeret ſaul in regẽ: ⁊ locutus eſt ei dicẽs
Modo inſiliet in te ſpũs dñi ⁊ mutaberis i
virũ aliũ: ⁊ hec facta ſunt in deſerto. Itẽ ptꝫ
iij. Reg. xix. de helya qui ambulabat per de-
ſertum quadraginta diebus ad montẽ oreb
⁊ ibi loquebatur dñs cũ eo ſicut homo hoi.
Item ptꝫ de ſanctis noue legis: videlꝫ iohã-
ne baptiſta qui meruit audire videre ⁊ loq
cum dño in deſerto ⁊ ſpm̃ ſanctum videre in
ſpecie colũbe quãdo ſuper ripã ſtabat iorda-
nis. Item beatus anthonius qñ dñs ſtabat
in aere ⁊ vidit eũ in deſerto. Beatus antho-
nius dixit. O dñe vbi iam fuiſti. Dixit domi-
nus ad eũ. Anthoni ego eram apud te: ſed
volui probare patiẽtiã tuã. Ideo ad deſer-
tum deuote orando ⁊ ſolitarie viuẽdo vada-
mus vt dñs loquat̃ nobis ⁊ inuitet nos ad ſu-
um eternũ cõuiuiũ. Tertio dico ꝙ dñs loq-
tur vere penitentibus ſicut fidelis pacifica-
tor: vt dicit apaſtolus ad Ephe. Uenit dñs
loq pacẽ his q ꝓpe ⁊ loq pacẽ his q lõge: nã
locutus eſt pacem his qui longe. i. peccato-
ribus: ſed noluerunt penitentiã agere: ab
his enĩ lõge ⁊ ſalus dei. vñ pſ. Loqtur dñs
pacẽ i populo ſuo: ſicut de illis q agũt peni-
tiã: ſed det aliis dr̃. Lõge a pctõib9 ſalus:
q aũt ſunt ꝓpe. i. iuſti his loqtur dñs pacẽ.
vñ iuſtus ait i pſ. Andiã qd loquatur in me
dñs deus meus vt faciem voluntatẽ ſuam.
Loquitur aũt dñs vere penitentibus tanꝗ̃
mediator. Unde videmus quãdo inimicitie
ſunt inter duos: tunc oportet ꝙ mediator in-
ter eos loquatur pacem reformando: ita eſt
inter peccatorem ⁊ deum diſcordia oportet
igitur mediatorem loqui: ⁊ ſic ex vtriſqꝫ mit
tit̃ vn9 ad reformandũ pacẽ. Ita ex pte mit-
titur miſericordia que xp̃s eſt. vnde pſ. Mi-
ſericordia eius preuẽiet me: ⁊ peccator mit-
tit ſuum interlocutorẽ: ⁊ hic debet eſſe ama-
ra contritio cordis cum confeſſione lachry-
marum. Tunc iſti duo: ſcꝫ miſericordia dei
⁊ contritio faciunt pacẽ. Quod patet in re-
ge ezechia in libro Eſa. xxviij. Egrotauit eze-
chias vſqꝫ ad mortem: ⁊ dominus locutus
eſt ad Eſaiã di. Uade ⁊ dic regi: oportet eũ
mori: qꝛ me offendit: quod audiuit rex ⁊ fle-
uit fletu magno: ⁊ ſtatim miſit deus miſeri-
cordiam ⁊ rex penitentiam fecit. Et iſti duo
fecerunt pacem. ⁊ ſtatim pace facta domin9
locutus eſt. Addam tibi quindecim annos
vite tue. ⁊ gauiſus eſt rex. Et ſimiliter loque-
batur dominus marie magdalene. Dimiſ-
ſa ſunt tibi peccata tua vade in pace. Et ſic
patet tertium ꝙ dominus loquitur penitẽti-
bus vt ſecum pacificẽtur: vt poſſit eos in iu-
dicio ad ſuum conuiuiũ introducere vt lar-
gus remunerator. Quarto dico ꝙ domin9
loquitur induratis peccatoribus vt terribi-
lis vindicator. Unde dicit dominus ſuper
Eſa. xlij. c. Tacui ſemꝑ ſilui patiens fui. Nã
de multis peccatoribus tacet deus ad mul-
tos annos ꝙ non vindicat: ⁊ ſuper hoc grã-
de peccant. Tanto autem durius cum vene-
rit flagellat ⁊ cruciat: ꝗ̃to diutius peccatorẽ
expectat. Et multotiens occulte ſibi loquit̃
per inſpirationẽ diuinam dimitte peccata
tua quoniã tẽpus eſt: vt dauid ait in pſ. Au-
diã quid loquatur in me dñs deus. Sed pec-
cator ſemper auertit aurẽ ⁊ obſtruit quaſi
ſerpẽs ſurdus: q nõ exaudiet vocẽ incãtãtiũ.
Et loquit̃ oĩ die per os ꝑdicãtiũ ꝟbũ dei: nũc
arguẽdo: nũc ſupplicãdo: nũc minãdo: ſed
peccator facit ſe ſurdũ. Tandẽ aũt oꝫ cũ de-
um audire loquentẽ in die iudicij quaſi ter-
ribilẽ iudicẽ cũ dicet. Ite mal. in ig. eter. De
hac terribili locutõe dicit Iohãnes figurã
Apoc. i. vidi in medio ſeptem cãdelabrorũ
hoiẽ ſilẽm filio hois hñtẽ gladiũ ex vtraqꝫ
pte acutũ de ore eius ꝓcedẽtẽ: ⁊ vox eius ſi-
cut vox aquaꝝ multarũ: ⁊ ſicut vox tonitrui
magni. Iſte eſt xp̃s q in die iudicij appare-
bit inter cãdelabra aurea que ſunt ſeptẽ tur-
be angeloꝝ ſeu ſcõꝝ electoꝝ. ſ. pr̃iarche pro-
phete: ãgeli: apl̃i: martyres: cõfeſſores: ⁊ ꝟ-
gines. Et ex ore eius ꝓcedit gladi9 acutus. i.
ſñiam ꝓfert dãnatõis loquẽs terribilr̃: vt dr̃
Mat. xxv. Ite maledicti ⁊c. Et illa vocẽ dãt

nantis ita terribilis velut vox tonitrui: et tunc peccatoꝛ obmuteſcit ⁊ dicet chꝛiſtus. Quomodo tu peccatoꝛ huc intraſti non habens veſtem nuptialem. proijcite eū in tenebras exterioꝛes: ergo ad thema. Loquebat̄ ieſus pꝛincipibꝰ phariſeis ſacerdotibꝰ apoſtolis et iudeis. Ita quotidie loquitur de uote oꝛantibus: ignoꝛantibus: penitentibus: ⁊ induratis.

❡ Dñica viceſimapꝛima. Sermo. lxij.

## Vade filius tuus viuit

Joh. iiij. Nota ꝙ nulla res melioꝛ eſt omī mūdo ꝙ̄ gratia diuina hoc quo ad animaꝫ. ⁊ nulla res melioꝛ quo ad coꝛpꝰ ꝙ̄ ſanitas. Nam gratia diuina facit hominē ſociū angeloꝝ. fratrem chꝛiſti ⁊ ſuoꝝ diſcipuloꝝ: vt patet in euāge. Mat. xij. quando chꝛiſtꝰ ſtetit in ſynagoga iudeorum docens eos venit vnꝰ eoꝝ ad eū dicēs Fratres tui ⁊ mater tua foꝛis ſtant q̄rentes tibi loqui. Reſpondit ieſus. Qui facit volūtatem patris mei ip̄e eſt meꝰ frater. ſoroꝛ. et mater. ergo nihil vtilꝰ quo ad aiam ꝙ̄ gratia chꝛiſti. Et ergo ſancti magis optauerūt moꝛi vita naturali: ꝙ̄ amittere gratiam diuinam. Sed quo ad coꝛpꝰ nihil vtilꝰ ꝙ̄ ſanitas. vnde Catho. Eger diues habet nūmum: ſed nō habet ip̄m: videlicet quo ad ſanitateꝫ. Quid valeret homini omis theſaurus mūdi qn̄ ſemꝑ eſſꝫ infirmꝰ. ideo homo exiſtens extra gratiam dei. et ſp infirmus eſſet redarguendꝰ ſi poſſet habere pium regem q̄ poſſet ſibi dare gratiam. ⁊ poſſet habere expertū medicū q̄ poſſet ſibi dare ſanitatem ⁊ illū non viſitaret aut per ſe aut per alium. Ideo ait dauid in pſal. Multiplicate ſunt īfirmitates eoꝝ poſtea accelerauer̄t Et hec cognoſcēs iſte regulus. ideo xp̄m viſitauit ⁊ pro gratia ⁊ ſanitate filij chꝛiſtum humiliter exoꝛauit. Et xp̄us reſpondit ꝟbū pꝛeallegatū. Vade filius tuus viuit: vt patꝫ in euāge. hodierno. Erat quidā regulus cuius filius infirmabatur in capharnauꝫ que erat ciuitas in qua xp̄us multa miracula faciebat. Hic cuꝫ audiſſet qꝛ ieſus adueniret a iudea in galileā abijt ad eum ⁊ rogauit euꝫ O dn̄e deſcende ⁊ ſana filium meū. Incipiebat em̄ moꝛi. Dixit ieſus ad eum. Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nō creditis. Dixit ad euꝫ regulus. Dn̄e deſcēde ꝑuſ ꝙ̄ moꝛiatur filius meus. Dixit ad eū dn̄s. Vade filius tuus viuit. Credidit regulus ſermoni dn̄i quem dixit ei. vade filius tuus viuit ⁊ obſeruauit horam illā in coꝛde ſuo ⁊ iuit. Jā aūt eo appropinquāte ciuitati capharnaum a qua exiuit occurrerunt ei ſerui eius dicētes ꝙ filius viueret. Interrogauit ḡ ab eis hoꝛam in qua melius habuerat. Et dixerūt ei. Heri quaſi hoꝛa ſeptima reliquit eū febꝛis ⁊ reuixit. Cognouit ergo pat̄ ꝙ illa hoꝛa erat in qua dixit ei ieſus. vade filius tuus viuit. ⁊ credidit ipſe ⁊ domus eius tota. Et ſic pꝫ euāgelium reſumēdo thema. Vade filius tuꝰ viuit. Nota quadruplex eſt vita. Una eſt vita naturalis. Secunda culpe. Tertia gratie. Quarta gloꝛie. Pꝛima eſt vita nature. De qua dr̄ in Gen̄. j. Creauit deus hoiem de limo terre. ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite. Hec vita eſt valde breuis. vn̄ Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tp̄e repleꝫ multis miſerijs. Nā diuerſe ſunt miſerie in hoīe vt pauꝑtas. perſecutio nuditas frigiditas. infirmitas. Vn̄ pſ̄. Multiplicate ſunt infirmitates earum. Hec vita ſemper eſt in temptationibus: nunc temptatur homo in hac vita a mundo per ſuperbiam: nunc a ꝓpa carne per luxuriam: nunc a diabolo per auariciam ⁊c. Ideo ait Job. vij. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Hec vita diu nō poteſt durare: ſed ſicut roſa cito areſcit: ⁊ tan ꝙ̄ lanugo a vento tollitur: ⁊ tan ꝙ̄ ſpuma gracilis a procella diſpergitur: ⁊ tan ꝙ̄ fumus diffuſus a vento euaneſcit: ⁊ tan ꝙ̄ memoria hoſpitis vnius diei pꝛetereuntis tollitur: ⁊ ſicut pomum pulchꝛum a verme coꝛroditur ⁊ velut vapoꝛ diſpergitur. Unde Job. vij. Quia ventus eſt vita mea. Hec vita hominis ſepe abbꝛeuiatur ante tempus duꝫ peccatoꝛ non ſperat propter peccata ſua. vnde in pſ̄. Dathan ⁊ Abyron delentur. Aperta eſt terra ⁊ deglutiuit Dathan ⁊ Abyron ante tempus. Item patet in Gene. xix. de quin ꝙ̄ ciuitatibus de quibus ibideꝫ dicitur. Pluit dominus ſuper ſodomam ⁊ gomoꝛrā ſulphur ⁊ ignem. Item vita hec miſera pueris ſepe abbꝛeuiatur propter peccata parentū vt pꝫ de Dauid. ij. Reg. xij. quia Dauid peccauit contra dominum. Et ait dominus ad Dauid. Puer quem diligis moꝛietur prote: ⁊ de filijs ſodomoꝛum qui non peccauerunt: ⁊ tamen cum parentibus moꝛtui ſunt Hec iniqua vita miſera ſepe abbꝛeuiat̄ homini propter nimiam iuſticiaꝫ hominis: nā interdum homo eſt in tanto deſiderio vite eterne ꝙ deus ipſum ſumit de hoc falſo mūdo. vn̄ Sap. iiij. Tranſlatus eſt ante tēpus ne malicia mutaret intellectum eius: aut fictio deciperet animaꝫ illius. Qui ſe bene habet in hac miſera vita in virtutibus ſe exercendo peccatis reſiſtendo. ad hūc ait dominus. Unde filꝰ tuus viuit. Secūda vita eſt

vita culpe: de qua dicit apoſtolꝰ ad Roma.
Si ſm̄ carnem vixeritis morte moriemini
q̄uis homo viuit corpore ſi eſt in peccato
mortali mortuus eſt in anima. Unde in A-
poca. de vita pctōris in peccato mortali exi-
ſtentis. Nomen habes ꝙ viuis: ſed mortu-
us eſt: quo ad animam que iam deputata ē
ad mortē eternaꝫ. Hec vita peccati mortalis
occaſionem accipit a concupiſcentia oculo-
rum: ita ꝙ mors intrat in conſcientiam ⁊ oc
cidit animaꝫ. Quod conq̄ritur Jere.ix. Heu
mors intrauit per feneſtras noſtras. Hec vi
ta peccati mortalis ſepe cauſatur a volupta
te ⁊ crapula. vnde Seneca in lib. de moribꝰ
Plures moriuntur crapula q̄ȝ gladio. Jdeo
premonet nos apoſtolus ad Ephe.v. Noli-
te inebriari vino in quo eſt luxuria. Hec vi-
ta peccati mortalis ſepe cauſatur ex auari-
tia quam ſequitur mors eterna. Unde nihil
iniquius eſt q̄ȝ amare pecuniā. hic eīn qui a-
mat pecuniam vendit animam ſuam diabo
lo: ⁊ obligat morte eterna eaꝫ. Hec vita pec-
cati mortalis cauſatur ex inuidia. Unde Joh.
Qui non diligit fratrem ſuum: ſed odit ma
net ī morte. Jdeo qui hec quattuor vicia ha
bet ſupradicta: videlicet cōcupiſcētiam ocu
lorum: crapulam: auariciā: ⁊ inuidiaꝫ: obli-
gat animam ſuam poſt hanc vitam ad eter
nam penam: ſed qui viuit in caſtitate: abſti-
nentia: in pietate: in charitate: manet in vi-
tam eternaꝫ. Unde Sapi.v. Juſti autem in
perpetuum viuent. Joh. Nos ſumus tranſ
lati de morte ad vitaꝫ. Et illi dicit dominus
Uade filius tuus. i. anima tua viuit ī preſen
ti per gratiam: in futuro per gloriam. Ter-
tia vita eſt vita gratie. De qua dicit Job.x.
Uitam ⁊ miſericordiam tribuiſti mihi: ⁊ vi
ſitatio gratie tue cuſtodiuit ſpm̄ meuꝫ. hac
vita gratie viuit homo quando eſt ſine pec
cato mortali. Quando enim homo naſcitur
portat ſecum venenum peccati mortalis. ſ.
peccati originalis: ſed illud expellit̄ per bap
tiſmum. ⁊ vita gratie per illius virtutem in-
funditur: ⁊ per fidem conſeruatur. Unde di
cit dominus in euangelio. Joh.xi. Omnis q̄
viuit ⁊ credit in me non morietur in eternū.
Hec eīn vita diſponit hominem ad vitam
eternam. Unde Roma.vi. Stipendia pec-
cati mors. gratia autem dei vita eterna. Si
cut autem peccatum mortale inducit mor-
tem eternam: ita gratia dei inducit vitā eter
nam. Hec autem vita gratie diu erat in pri-
mitiua eccleſia: ſed modo eſt ſuppeditata ⁊
conculcata: vt patet in lib. Dan̄.viii. Uidi
arietem contra orientem in aere ventilantē
qui habuit duo cornua vnū excelſius reliq̄

Sed venit hyrcus ab oriente qui conculca-
uit arietem cum cornibus ſuis: ⁊ ad nihilū
redegit eum. Jta ſpūaliter aries ouium al-
bus fuit vita gratie deſiderans ortum ſolis
veri luminis qui eſt xp̄s ⁊ diuinam gratiam
habens vnuꝫ cornu excelſius reliquo. i. cha
ritatem dei ⁊ proximi: vnum excelſius: quia
charitas dei tenet principatum. Sed venit
hyrcus fetidus ab occidente: vbi appareꝫ oē
malum. i. vita fetida ⁊ maculata: que iaꝫ re
gnat in mundo vitam gratie ⁊ mundicie cō
culcauit: ita ꝙ iam nullum vitium appare-
quod olim vitium dicebatur. Unde poeta.
Olim quod vitiū fuit eſt modo virtus. Nūc
nihil eſt vitiuꝫ preter habere nihil. Jde o ho
mini exiſtenti in vita gratie dicit dominus.
Uade filius tuus viuit. Quarta vita eſt vi-
ta eterna. De qua vita ait dominus Joh.
xvii. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſo
lum verum deum: ⁊ que miſiſti ieſum xp̄m.
Et hanc vitam cōmendat Ariſto in li. celi ⁊
mundi dicens. Eſt illic fixa ſempiternā vi-
ta: ſed de trāſitoria. Hec eſt vita eterna vbi
poſſumus deum videre facie ad faciem: vbi
eſt ſanitas ſine infirmitate: requies eterna
ſine labore: pax ſine timore: leticia ſine me-
rore: veritas ſine errore. Et illa poſſumus
acquirere per tria bona in hac vita. Primo
per boni operis exercitationem: vt dicit ſapi
ens Eccle.vi. Quid habet homo de omni la
bore ſuo niſi ꝙ laboret ⁊ pergat poſt mortē
illuc: vbi eſt vita. Secundo poſſumus acqui
rere vitam eternam per malorum patientē
ſupportationem. Jlle eſt certus qui hic ma-
la ⁊ peruerſa ſuſtinet patienter ꝙ poſt hāc
vitam vadat ad eternam vitam: qꝛ deus nō
punit bis in idipm̄. Unde Eccle.ii. Suſtine
ad modicum tempus vt creſcat ī nouiſſimo
vita tua. Tertio poteſt acquiri vita eterna
per iuſticie exhibitionem. Unde Sapiē.v.
Juſti autem in perpetuum viuent: ⁊ apud
dominum eſt merces eorum. Et Sapiē.iii.
Juſtorum anime in manu dei ſunt. Beatus
Jacobus. c.i. dicit. Beatus homo qui ſuffert
temptationem ⁊ vincit in hac vita quoniaꝫ
cum probatus fuerit accipiet coronam vite.
Dicit ergo patienti bene operanti. vade fi-
lius tuus viuit. hic per gratiam: ⁊ in futuro
per gloriam.

¶ Dominica viceſima ſecūda.
¶ Sermo.lxiiii.

S Eruus ille rogabat do
minum. Patientiam habe in me
⁊ omnia reddam tibi. Mat.xviii.
Unde videmus ꝙ ratio naturalis dictat ꝙ

vnuſquiſq; faciat proximo ſuo quod ab eo deſiderat faciētes contrarium opponunt ſe rationi. Nam duo precepta fuerunt legis nature: ſcilꝫ declina a malo ⁊ fac bonum. vt ptꝫ in pſal. Et duo legis ſcripte. videlꝫ diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. ⁊ ꝓximum tuū ſicut teipm. In his duobus vniuerſa lex pendet ⁊ ꝓphete. Ita chriſtus legifer noue legis miſericordie ⁊ gratie: voluit duo precepta dare vnum negatiuū. aliud affirmatiuum. que includunt precepta nature ⁊ ſcripture. Quod tibi nō vis fieri alteri ne feceris ſed ſeruꝰ dñi ſe nō conſiderans precepta nature tranſgredi non declinauit a malo. ſed fecit malum. non dilexit deum ⁊ proximum. non fecit proximo ſuo quod ſibi deſiderauit fieri. ideo debitor factus ē dei. ꝓpter hoc ait in themate. Seruus ille rogabat dñm dicens. Patientiam habe i me et omia reddam tibi. Quomodo hoc factū ſit habetur in euangelio quod ſequitur. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum homini qui voluit rationem ponere cū ſeruis ſuis. Et cū incepiſſet rationē ponere oblatus eſt ei vnꝰ qui debebat decem milia talenta. Cum aūt nō haberet vnde redderet iuſſit eū venūdari ⁊ vxorem ⁊ filios ⁊ omia que habebat. Et ille ꝓcidens rogauit dñm dicens. Patientiā habe in me: ⁊ omia reddam tibi. Miſertus autem dñs ſerui illius: dimiſit ei omne debitum. Ecce quanta miſericordia. dñs dat plura q̄ ſeruus petit. petit dilationē ⁊ dñs dat ſolutionem. Egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnum de conſeruis ſuis qui debebat eis centū denarios ⁊ tenēs ſuffocabat eum dicens. Redde quod debes. Procidēs autem ſeruus ille ⁊ rogans eum dixit. Patientiam habe in me bone ſocie: ⁊ omia tibi reddam. Ille autem noluit ſed tenens ſuffocauit eum ⁊ miſit eū in carcerem quouſq; redderet vniuerſum debitū. Uidentes aūt conſerui eius que fiebant cōtriſtati ſūt valde: ⁊ venerunt ⁊ nūciauerunt dño ſuo omia que facta fuerunt. Tunc vocauit eum dñs ſuus: ⁊ ait illi. Serue nequā omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me. Nonne ergo oportuit ⁊ te miſereri conſerui tui ſicut et ego tui miſertus ſum. Et iratus dñs valde tradidit eū tortoribus quoadvſq; redderet vniuerſa debita. Sic ⁊ pater meus celeſtis faciet vobis ſi non remiſeritis vnuſqſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Et ſic ptꝫ parabola. Iſta ergo parabola eſt contra illos qui peccant contra decem precepta dei omni die ea frangendo: ideo ſunt debitores decem milium talentorū propter trāſgreſſionem decem preceptorum. Et rogant dominum pro gratia ⁊ miſericordia. Sed ipſi indurati contra proximum nolunt proximo compati in parua re: ſed ſuffocāt: trucidant. ⁊ ſpoliant. ⁊ inuidioſe irā cōcitant quod videns dominus dicit ad vnūquēq;. Nonne oportuit ⁊ te dimittere ꝓximo tuo. Sed tu nō vis dimittere proximo tuo: ideo non faciam tibi miſericordiam: ſed volo te tradere tortoribus: id eſt dyabolis quoadvſq; reddas vniuerſum debitum ⁊ concludam te in carcerem eternarū penarū cruciando eternaliter dominꝰ concludens dicit Pater meus celeſtis faciet vobis ſic ſi nō dimiſeritis proximis veſtris omnē inuidiam de cordibus veſtris. Ergo quo ad thema.

Seruus ille rogabat dñꝫ. Nota ꝙ debemꝰ eſſe ſerui dei: quia dñs circa ſeruos facit q̄tuor bona. Primo prouidet in cibarijs. ſecūdo protegit in periculis. tertio ditat eos in bonis. quarto exaltat eos in regnis. Primo dico ꝙ dominꝰ ſeruis ipm deuote orantibꝰ prouidet in cibarijs ⁊ neceſſarijs. Unde videmus ꝙ boni dñi ſemper ſunt ſolliciti de cibarijs ſeruorū: ita facit dñs. Et hoc patet in antiqua lege. Legimus eñ de propheta Daniele ſeruo dei deſtruente idolū Bel. q̄ dixit. dñs meus adoretur ſolus qui creauit celum ⁊ terram ⁊ omia que in eis ſunt propter hoc miſerunt eum pagani in lacū vbi erant ſeptem leones ⁊ non dabant eis cibaria ſeptem diebus vt deuorarent Danielē ſed Daniel orabat ad dñm: cui multo tempore ſeruiebat in virtutibus diuerſis. ⁊ dominus recordatus ſerui ſui Danielis dixit ad Abacuch ꝓphetam qui habuit eſcā volens in campū portare meſſoribus. Fer prādium quod habes ſeruo meo Danieli qui eſurit in babylone in lacu leonū. reſpondit Abacuch. Dñe babylonem neſcio. Lacum ignoro: q2 diſtabat ab illo loco centū miliaria. Tunc angelus dñi apprehendit Abacuch in vertice ⁊ duxit in babylonē ante lacum. ⁊ Abacuch inclinans ſe in lacū clamauit. Daniel ſerue dei veni tolle prandiū qđ tibi miſit dñs deus tuꝰ. ⁊ ſic habitauit in lacu ſeptem dies donec fuerunt peracti. poſtea extractus fuit de lacu. Ita oſtendit dñs ſeruo ſuo cibaria preſtando vt nos ſeruiamus ſibi fideliter: ⁊ non curemus. ſꝫ docēt ſollicitudinem in eum: proijciamus: quia ipſi eſt cura de nobis. vt dicit ap̄ls Petrꝰ. i. Petri. v. Iſtud idē patꝫ de helya. De quo legimus. iij. Regum. decimoſeptio vbi legimꝰ ꝙ tanta fames erat in terra ꝙ multi hoīes

moriebantur in fame. et Helias ſeruus dei
magnaꝫ famẽ ſuſtinuit vt peteret dñm pro
morte. Et dixit dñs ad eũ. Serue mi Helia
vade in ſareptam ſydonioꝝ q̄ fuerũt genti-
les tu nõ debes fame pire. Ego precepi mu-
lieri vidue vt te paſcat. ꝛ ſurrexit helias fuꝰ
dei. Cũ appropinq̄ret porte ciuitatis inue-
nit ſibi mulierem paupercula͂ vidua͂ ꝺ qua
dñs ei dixit. Propheta dicit ad mulierem.
Mulier q̄d queris. Reſpõdit ei mulier. Col
ligo mihi duo ligna vt faciam mihi et filio
meo totam vt comedamꝰ ꝛ moriamur. Rñ
dit ꝓpheta. Fac mihi pũꝰ: q̄ꝛ eſurio nimis.
Reſpondit mulier. Non habeo de farina
niſi quantũ pugillus põt capere ꝛ modicuꝫ
olei in lechito dixit ꝓpheta ſeruꝰ dei. muli
er crede mihi ꝛ fac mihi vt comedã: q̄ꝛ dñs
cui ſeruio miſit me huc. ꝛ dico tibi de ore do
mini mei ꝙ nec de farina nec de oleo defici
et q̄ntacũq̄ cibaria prepabis: donec dominꝰ
mittat pluuiaꝫ ſup terrã. Et cibauit dñs ſer
uum ſuũ ꝛ ancillam ſuã mulierẽ iſtã de mo-
dico. Item ſimiliter pꝫ in noua lege ꝺ pau-
lo primo heremita qui primo ſeruiuit domi
no multos annos in deſerto. ꝛ tandem non
habuit ad comedendũ ꝛ dñs miſit ei coruũ
qui omĩ die cibauit eũ in deſerto portãs pa-
nem. interdũ carnes. Sed heu diuites huiꝰ
mundi habẽtes omia bona peiores ſũt cor
uis. Coruus paſcebat virũ dei cum pane ꝛ
carnibus ꝛ ipſi ꝑmittũt pueros xp̄i fame pẽ
rire in hoc mundo. ꝛ audient in die iudicij.
Quod vni ex minimis meis non feciſtis ꝛc.
Ite maledicti in ignem eternũ ꝛc. Pauiuos
diuerſis cibarijs delitioſis ꝛ vos ſeruos me
os paſcere noluiſtis. Et ſic pꝫ primo quo-
modo dñs ꝓuidet ſeruis ſuis de cibarijs ſi-
bi ſeruientibꝰ ꝛ ipm̄ rogantibꝰ. Ergo quo
ad thema. Seruus ille rogabat dñm ſuum
Scdo dico ꝙ dñs ꝓtegit ſeruos ſuos in pe-
riculis. vñ videmꝰ q̄n dñi vident ſeruos ſu-
os in periculis ſubueniũt eis ꝓ poſſe ſi ſunt
boni dñi. Ita facit dñs noſter qui bonꝰ ẽ do-
minus ſuper oms̄ dños. nũq̄ dereliquit ſer
uos ſuos in tribulationibus. Vñ ait domi-
nus Eſa. xliij. Seruus meꝰ es tu. Cum trã
ſieris ꝑ aquas tecũ ero: ꝛ flumina nõ operiẽt
te. Cum ambulaueris in igne nõ cõbureris
et flãma ardebit te. Deus aũt liberauit ſer-
uos ſuos ꝑ aquã. vt pꝫ in filijs iſrael cũ ſer
uiebant dño ꝛ tranſire debebãt in terrã ꝓ-
miſſionis dñs aperuit mare rubrũ: vt ſicco
pede ꝑtranſirent nec vllus eoꝝ remãſit ſed
pharao cũ ſeruis ſuis volens ſeruos de occi
dere demerſus eſt in mari quaſi plũbuꝫ in
aquis vehemẽtibus: ꝛ ideo laudabãt ſerui
dei dñm ſuũ gratias agẽtes ꝛ cantãtes hũc
pſalmuꝫ in litore. Cantemus dño glorioſe
ꝛc. Et ꝙ ſeruos ſuos liberauit de igne. hoc
patꝫ Dañ. iij. Nabuchodonoſor erexit ſta-
tuam aureã ſup quã ſtabat idolum conuo-
cans oẽm populũ ad idolũ vt adorarent. ſꝫ
tres ſerui dei. ſ. Daniel. Sydrach. ꝛ Abde-
nago dixerũt nos nolumꝰ idola adorare q̄ꝛ
ſerui dei ſumꝰ qui fecit celum ꝛ terrã. Et ira
tus miſit eos in caminũ ignis. et dñs miſit
angelum ſuũ ꝛ liberauit eos de igne ꝛ cãta-
bant dño dicentes. Benedictꝰ es dñe deus
patrum noſtroꝝ ꝛc. Et hoc idem pꝫ de da-
uid. i. Regũ. xvij. Qui cõfidebat in dño ꝛ pu
gnabat cõtra vrſum ꝛ leonẽ in agro: ꝛ con-
tra gygantẽ ꝛ dñs erat cũ eo ꝛ liberauit euꝫ
et confortauit ꝛ vicit. Et dñs dixit ad dauid
Quis eſt ſicut ſeruus meꝰ dauid. Et ſic pꝫ
ſm̄ ꝙ dñs ſeruis ſuis ſubuenit ꝛ ꝓtegit in
tribulatione. Ergo ꝛ nos in tribulatione ro
gemꝰ eũ vt pꝫ in themate. Seruus ille roga
bat dñm ꝛc. Tertio dico ꝙ dñs ſeruis ſuis
dat dona eos ditando que ſunt dona ſpũſ-
ſancti omia dona tpalia excellentia. vt ipſe
ait. Johel. ij. Super ſeruos meos ꝛ ancillas
meas effundam de ſpũ meo. i. de ſepteꝫ do-
nis ſpũſſancti dabo eis. Dat em̄ dyabolus
ſeruis ſuis ſeptem dona mala. i. ſeptẽ pecca
ta mortalia. videlꝫ ſupbiam: luxuriã: auari-
tiam: inuidiã: gulã: irã: ꝛ accidiã. Sed pius
dñs ſeruis ſuis dat ſeptẽ dona vtilia contra
hec ſeptem dona nociua. Primuꝫ eſt timor
dñi contra ſupbiaꝫ. vt homo cogitet in cor-
de ꝙ deũ timeat ꝛ pctã dimittat. Vñ Eccl.
i. Timor dñi expellit pctm̄ pſ. Initiuꝫ ſapi
entie timor dñi. ꝛ expellit ſupbiam. Secun-
dum donũ boni eſt donũ pietatis cõtra pec
catum inuidie: q̄ꝛ pietas charitatiue ꝓximũ
diligit. ꝛ inuidia eſt cõtra charitatẽ. iõ cha-
ritas expellit oẽꝫ inuidiã. ꝛ talis ſeruus ac
cipiẽs a dño charitatẽ pietatis diligit deũ
et ꝓximũ. i. Joh. iiij. Deus charitas eſt ꝛ q̄
manet in charitate ꝛc. Tertiũ eſt donũ ſciẽ
tie contra iram ꝛ mites nõ faciunt homies
iracũdos. vnde Mathei. v. Beati mites ꝛc.
Vos eſtis mei ſerui ꝛ poſſidebitis terram.
Quartum donum eſt donũ fortitudis con-
tra accidiam: ꝛ ideo petiuit Dauid in pſal.
dicẽs. Dñe ſpũ principali cõfirma me. Spi
rituꝫ fortitudis confirma meũ cor vt expel-
lat oẽm accidiã. Quintũ donum eſt donum
conſilij cõtra auaritiã. ita ꝙ homo expellit
oẽm auaritiã a ſe. ꝛ oĩa facit a conſilio bo-
no ꝛ nunq̄ vadit ad conſilia impioꝝ. Ideo
dicit dauid in pſ. Beatus vir q̄ nõ abijt in
conſilio impioꝝ ꝛ in via pctõrum nõ ſtetit ꝛ

in cathedra peſti.⁊c. Hoc aūt facit donū con
ſilij. Sextū donum eſt donum intellectus cō
tra gulam vt homo viuat in abſtinētia. Naz
abſtinentia eſt virtus que domat omnia vi
tia: eleuat mentem ad celeſtia : ⁊ eſt ſum
ma medicina corpis ⁊ anime. Ideo petiuit.
pſ. Da mihi intellectū ⁊ viuā. Septimū eſt
donum ſapientie ⁊ valet contra luxuriā: vt
homo caſte viuat: qr non vult dn̄s in ſuo ſer
uitio habere luxurioſos. ⁊ ideo ait propheta
Ezech. Eleuauit me deus inter celum ⁊ ter
ram: deſpiciendo terram ⁊ celum deſiderā
do. Qui ergo hec ſeptem dona a domio ha
bet diues eſt in omnibus: ideo patet tertiū
Rogemus ergo dn̄m pro donis ſpiritusſan
cti. Quarto qr dominus fideles ſeruos exal
tat in regno eterno: ⁊ introducit ad gaudia
vnde Mat. xxv. Euge ſerue bone ⁊ fidelis:
quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te
conſtituam intra in gaudiū domini tui. Ip
ſi enim ſerui dei ſedebunt ad menſaz domi
ni celeſtis: vt ipſe ait Lu. xxij. Ego diſpono
vobis ſicut diſpoſuit mihi pater me⁹ regnū
vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meam in
regno meo. O ꝙ̄ diſſimilis retributio p̄mio
rum ſeruorum dei ⁊ ſeruorum diaboli: vt dr̄
Eſa. lxv. Ecce dicit dominus ſerui mei come
dent: ⁊ vos eſurietis. Serui mei bibēt: ⁊ vos
ſitietis. Serui mei letabūtur: ⁊ vos triſtabi
mini. Serui mei ſunt in pulchritudie: ⁊ vos
in timore: flagellatione ⁊ immūditia. Ser
ui mei laudabūt pre exultatione cordis: et
vos clamabitis pre dolore cordis. Unde po
teſt dici de ſuis iſtis qd̄ regina ſabba dixit
de ſeruis ſalomonis. iij. Reg. x. Regina ſab
ba audiens gloriam ſalomonis ⁊ veniēs vi
dere ⁊ ſedens in menſa videns ſalomonem
in tanta gloria omnia bene ordinata ⁊ ſer
uos: ita veſtitos i aureis veſtibus dixit. Do
mine beati ſunt ſerui tui: ita poteſt dici de
chriſto. Cum eñ audit regina ſabba. i. eccle
ſia de rege ſalomone. i. xp̄o ⁊ de ſeruis eius
i. angelis ⁊ electis vt viderit in celo ſicut au
dit hic predicare poteſt bene dicere admirā
do gloriam. Beati ſunt ſerui tui dn̄e. Ergo
quo ad thema. Seruus ille rogabat domi
num. Ita nos rogemus dominuz vt paſcat
⁊ liberet vt nobis dona tribuat ⁊ ad gloriaz
perducat.

Dn̄ica viceſimatertia. Sermo. lxiiij.

c Uius eſt ymago hec
⁊ ſuperſcriptio. Mat. xxij. Nota
propter peccatum primorū pa
rentū. ſ. ade ⁊ eue magnus defe
ctus huſiano generi eſt relictus: ita ꝙ mali
ſemper inuident bonis: vt patet de lucifero
qui propter inuidiā in paradiſo decepit ge
nus humanum: ea de cauſa ꝙ homo creat⁹
fuit vt impleret ⁊ poſſideret locum ſuum in
celo. Item patet de cayn ⁊ abel: qr abel opti
mas oues obtulit deo. cayn vero viliſſimas
fruges. ⁊ dominus reſpexit ad munera abel
⁊ non ad cayn: ⁊ ideo inuidit fratri ſuo occi
dēs eum. Item patet de ioſeph qui fuit iu
ſtus ⁊ accuſauit fratres ſuos de crimie peſ
ſimo: ideo oderant eum nec poterāt ei quic
ꝙ̄ pacifice loqui. Item patet de Saul ⁊ Da
uid: eo ꝙ dauid occidit Goliā gigantem for
tiſſimū: ⁊ liberauit populum dei: ideo popu
lus laudabat eum pluſꝙ̄ Saul cantantes.
Saul percuſſit mille ⁊ Dauid decem milia:
propter qd̄ odiuit eum Saul volens euz oc
cidere: ſed tamen bonis eſt magnum meri
tum quando ſuſtinent patienter malorū ꝑ
ſecutiones: quod patet in predictis. Naz pa
rentes noſtri decepti a diabolo: redēpti ſūt
a chriſto filio dei: ⁊ in locum lucifero paratū
collocati Cayn condēnatus: Abel in mun
do ſanctus ⁊ in celo honoratus. Joſeph ven
ditus ⁊ in regno egyptiorum ſuper omnes
eleuatus. Dauid patienter ſuſtinuit. Ideo
Saul de regno poſitus ⁊ dauid regnum ob
tinuit. Uoluit ergo chriſtus luciferum noue
legis relinquere exemplum: vt malorum ꝑ
ſecutiones patienter ſuſtineamus: vt patet
in euangelio. Quia iudei multotiens inie
runt conſilium vt caperent eum in ſermo
ne: ſed non poterant: ideo modo acceperūt
ad eos ſeruos herodis qui fuerunt pagani
qui non coutebantur iudeis. ſed tamen in
hoc facto iudei tranſgreſſi ſunt legez: vt ca
perent eum in ſermone ſicut aqua vadens
in meatu ſuo: quando nimia eſt excedit mea
tum: ⁊ ſi in vna parte obſtruitur: querit ali
am partem: ita malicia iudeorum. Quomo
do hoc factum ſit patet in euangelio quod
ſequitur. Abeuntes phariſei inierunt con
ſilium vt caperent ieſum in ſermone: ⁊ mit
tunt ei diſcipulos ſuos cum herodianis di
centes. Magiſter ſcimus: qr verax es ⁊ mā
data dei in veritate doces ⁊ non eſt tibi cu
ra de aliquo. Non enim reſpicis perſonam
hominum. Dic ergo nobis quid tibi videt.
Licet cenſum dare Ceſari an non. Cogni
ta ieſus nequitia eorum ait. Oſtendite mi
hi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei de
narium habentem imaginem imperatoris
Et ait illis ieſus. Cui⁹ eſt hec imago ⁊ ſup
ſcripto. Dicūt ei ceſaris. Tūc ait illis. Red
dite ergo que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt
dei deo: ⁊ ſic non poterāt eum capere: quia

iſti herodiani fuerunt ſerui herodis regis qui fuit ex parte imperatoris ibidez: ſic ſubtiliter reſpondit: nec prohibuit: nec admiſit q.d. Si tenemini de iure aliquod tributum ceſari: ex quo eſtis in ſuo dominio detur ei. Et quod de iure tenemini deo de obſeruantia mandatorum ſuorum reddite. Et ſic patet euangelium. Ergo quo ad thema. Cuiꝰ eſt imago ꝛ ſuperſcriptio hec. Ex hoc nota ꝙ quadruplex ſcriptura ſcripta eſt ſup imagines. Pria ſcriptura ſcripta eſt ſuper imaginem redẽptoris. Secunda ſcriptura ſcripta eſt ſuper imaginem peccatoris. Tertia ſcriptura ſcripta eſt ſuper imaginẽ vani hominis. Quarta ſcriptura ſcripta ẽ ſup imaginez leticie eternalis atq; ſemp. terni decoris. Prima ſcriptura ſcripta eſt ſuper imaginem redemptoris. Unde legitur in euangelio. Scripſit ſuper eum pylatus Jeſus nazarenus rex iudeorum. q.d. iudei nullã cauſam habuerunt ſuper eum ergo eram iudex ipſius: niſi quia dixiſſe ipſum aſſerunt ſe regem iudeorum eſſe: ꝛ hec ſuperſcriptio eſt nobis ad honorem. iudeis vero in confuſionẽ

Ueniant ergo laici ꝛ legant hanc ſuperſcriptionem ꝛ cõpatiantur ei qui pro eis ſuſtinuit. ꝛ quia imago chriſti laicis penditur ad eccleſiam: ꝛ iuxta vias vt tanq̃ in libro legant ꝛ diſcant patientiam: caſtitatem: ꝛ humilitatem: manſuetudinem: pietatem: ꝛ miſericordiam. Clerici autem litterati legant ſcripturam omni die in libris. De hac ſcriptura dicitur in libro Ezech. i. Expãdit ſcripturaz coram me: ꝛ hec ſcriptura erat lamẽtatiões: carmen ꝛ ve. Et eſt ſenſus: tria ſunt in hac ſcriptura intelligẽda. Primũ eſt quare ibi ſcriptũ fuit lamentationes. Certe hoc eſt vna de cauſa: qꝛ nos peccauimꝰ: ꝛ ille nihil mali fecit: nec inuẽtus eſt dolus i ore eiꝰ: ꝛ tamen propter nos paſſ[?] penas: ideo merito lamentari debemus. Unde. Tob. ij. et Amos. v. dies feſti veſtri conuertentur in lamentum. Secundum ve eſt ve Marie virginis matris chriſti que vidit filium eius dilectum tam miſerabiliter tractari de loco in locum ꝛ ad crucis ſupplicium. Certium eſt vox filie ſyon que inter morientes expandit manus ſuas. Filia ſyon eſt Maria que expandit manus inter moriẽtes: ſcz inter filium ꝛ latrones. Tertium carmen eſt leticia quia genus humanum per redemptionem chriſti eſt letificatum ꝛ in celum exultatum: vbi gaudet laudando eũ: ergo ſcriptum fuit carmen leticie. Johã. in Apocal. Uidi turbam magnam ante thronum laudãtes dominum in gloria ꝛ dicentes. Redemiſti nos ſanguine tuo: ꝛ feciſti nos deo noſtro regnũ: id eſt reges ꝛ ſacerdotes: tibi laus: tibi gloria: et gratiarum actio: per infinita ſecula ſeculorum amen. Ideo tu homo dum videris imaginem chriſti in eccleſia poteris dicere. Cuius eſt hec imago ꝛ ſuperſcriptio. Alius poteſt dicere: noſtri redemptoris: et noſtre leticie: ꝛ honoris. Secunda eſt imago peccatoris ꝛ eius ſuperſcriptio eſt magni horroris. De hoc imagine dicitur in pſ. In imagine pertranſit homo: ſed ꝛ fruſtra conturbatur. Theſaurizat peccator ꝛ ignorat cui congregabit ea. Eſt enim peccator quaſi mortis imago ſm Bern. Superſcriptio huius imaginis peccatoris eſt ſuum peccatum quod ſcribitur ſtilo ferreo vt poſſit legi in die iudicij in fronte ſibi in confuſionem. Et hoc probat Jeremi. xvij. ca. Peccatum Juda ſcriptũ eſt ſtilo ferreo: ꝛ diabolus ſtet a dextris eius dicit pſ. Cum iudicatur exeat condemnatus. Septem ſcribentur ſuper conſcientiam peccatoris. Primum eſt peccatorum multitudo quã non deleuit per penitentiam. Unde Job. xix. Exarentur. i. ſcribãtur peccata peccatoris ſuper conſcientiam ſtilo ferreo. Et hoc conſiderans dauid poſt q̃ peccauit dixit. Miſerere mei deus ſm magnam miſericordiam tuam. Secundum qꝺ ſuper conſcientiam peccatoris ſcribitur eſt tempus qꝺ amiſit ꝛ nihil boni fecit ſed inutiliter expendit. Unde Job. xxiiij. Dedit ei deus locum penitentie ꝛ ille abutitur eo in ſupbia: ideo ſm Joh. in Apoca. x. Tempus poſt mortem non erit amplius. Tertiũ qꝺ ſcribitur ſuper imaginem peccatoris eſt pulchritudo anime eius: quam habuit: quam polluit ꝛ denigrauit. Unde Threñ. iiij. Denigrata eſt facies eorum ſuper carbones. Quartum eſt gratia dei quam neglexit. Nã in gratia ſumus ſed negligimus mirabiliter: quia vnus vadit ad villaz pro ſuperbia alius ducit vxorem pro luxuria. tertius emit boues pro auaricia: igitur neglexerunt: ergo talis negligentia ſcribitur ſuper conſciẽtiam peccatoris. Quintum qꝺ ſcribitur peccatori eſt ira dei. Unde dr in pſ. Prouocauerunt eum filij ꝛ filie: ideo iratus dominus tradidit eos tortoribus id eſt diabolis. Sextum eſt pena ad quam obligantur. Nam ſicut ſcriptura dicit. Pene damnando iuxta in ciuitatibus in legibus ꝛ in iure quicquid debent pati pro ſuis delictis ſcribitur fur ſuſpenditur: raptor decollatur traditor rotatur ꝛc. ita pena eterne damnationis non eſt equalis: alij ſuſtinent fetorem: alij ardorem: vt patet in pſ. Ut faciant in eis iudici

am conſcriptum. Septimum quod ſcribit peccatori eſt expulſio regni celeſtis. Sicut eñ qui expellũtur ꝑpter peccata ſua de ciuitatibus ſcribũtur in libris ciuitatis: ſic expulſi a celeſti patria ſcribũtur in libro eterne dãnatiõis. De quo Apoc. xx. Uidi libros et ex eis mortui iudicati ſunt. Quãdo ergo homo videt peccatorem induratũ poteſt dicere ad aliũ. Cuius eſt imago hec ⁊ ſuperſcriptio. alius põt reſpondere. hec eſt imago peccatoris. Tertia imago eſt vani honoris. De hac imagine ⁊ ſuperſcriptione dicit Fulgentius ꝙ romani faciebant imaginez vani honoris ad modũ mulieris vage ſcribentes ſuper eã aureis litteris. Hec ẽ imago vani honoris. hanc inſpice. ⁊ ſemper eaz fuge. Hec imago habuit coronam in capite et ſceptrum in manu ſiniſtra. ⁊ pauonez in manu dextra. ⁊ oculis ceca ⁊ velata. ⁊ ſedebat ſuper currũ quẽ trahebãt quattuor leones. Et hec erat ratio eoꝝ. Uanus honor mundi hui⁹ qui illum diligit eſt incõſtans ꝗ̃ſi vagat mulier habẽs coronã in capite. qr a mũdo tanꝗ̃ rex ſemꝑ deſiderat honorari Sceptrum in manu in ſignũ ꝙ ſemꝑ deſiderat imperare. ceca oculis ⁊ velata in facie: qr malicia excecauit eam ꝙ nullũ curat pctm̃. vt dicitur Sap. ij. Excecauit eos malicia eorum. Habuit pauonẽ in vna manu: qr ſicut pauo cum ſua cauda ornat ſua poſteriora ⁊ anteriora: ſed quãdo ornat anteriora denudat poſteriora. ita tal' ornat ſe mũdo ⁊ ꝓuat ſe eterna gloria. Quattuor leões ante eam: qr quattuor peccata veniunt cuz honore vano huius mũdi videlicet ſupbia. auaricia. luxuria. ⁊ inuidia. ⁊ ſic patz tertia imago. ſcz vani honoris ſuſceptio. Poſſet ergo homo cum talem hoiem vanum querentem honorez viderit interrogare. Cui⁹ hec eſt imago ⁊ ſupſcriptio. Reſpõdetur. Uani honoris. Quarto imago ⁊ ſupſcriptio eſt iuſticie bonitatis ⁊ eternalis decoris. De iſta imagine qñ iuſti boni homĩes ſunt creati ad decorẽ regni dicitur Geñ. i. Creauit de⁹ hominem ⁊c. Quãdo igitur poſt baptiſmũ vbi imago hec depingitur auro charitatis: et ornat ſe veſte caſtitatis ⁊ mundicie fuat munda ſicut ſibi cõmittitur a preſbytero quando induit puero hanc veſtem quando dicit. Accipe hanc veſtem ⁊c. tunc bene põt eſſe ſpeculũ ſine macula: candor lucis eterne imago bonitatis. Sed ſuper imaginez iuſti hominis ſcribitur ſuperſcriptio leticie quãdo dicebat dominus diſcipulis. Luc. x. Gaudete quoniã nomĩa veſtra ſcripta ſũt in libro vite. In hoc libro nomĩa omniũ electorum inſcribuntur. ſicut rex facit inſcribi omnes milites ⁊ ſtipendiarios ⁊ familiam: ita facit dominus. vt dicitur in. Apocali. ij. Qui facit voluntatem patris mei ⁊ vicerit mundum. Item xiiij. ſcr be. Beati mortui ⁊c. Item. xix. ſcribe. Beati qui ad cenã agni vocati ſunt. Cuz igitur homo viderit iuſtũ hominẽ poteſt dicere. Cuius eſt imago hec et ſuperſcriptio. Poteſt dicere alius. Hec ẽ imago creata a domino. ideo gaudia eterna manent ſcripta ſuper eam.

¶ Dominica viceſimaquarta. Sermo. lxv.

n On eſt mortua puella ſed dormit. Math. ix. Nos videm⁹ ꝙ vnaqueqꝫ res appetit ſuum terminũ niſi impediatur ſicut lapis cadens de alto non quieſcit niſi tangat fundũz vbi quieſcere poteſt: qr dicit Ariſto. Omne leue ſurſuz: et omne graue deorſuz. Item hoc videmus in aqua que nõ quieſcit ſed fluit donec veniat ad mare quod eſt terminus eius niſi impediatur. Ideo dicitur Eccle. i. Omĩa flumina intrant in mare ⁊ mare nõ redũdat. ⁊ qr locus homĩs nõ eſt in hoc mundo ꝑpetuius eo ꝙ homo ad celum eſt creatus: ideo nõ debet quieſcere donec veniat ad ſuũ terminum. vnde Augu. de ciuita. dei. Domine creaſti nos ad te. ⁊ ideo inquietum eſt cor noſtrum donec veniam⁹ ad te. Et illud cõſiderauit dñs in hac puella que erat iam morte ſine fine preuenta voluit eam reſuſcitare vt ad finem per bonam fidem poſſit anhelare et ſe preparare ad bonam vitã. Ideo cũ pater dixit verbum preallegatũ. Dñe filia mea modo defuncta eſt. Reſpondit. Nõ eſt mortua morte eterna ſed dormit morte naturali. ideo volo eam reſuſcitare. vt illa que aĩa eius vidit valeat aliis nunciare. ⁊ videntes hoc ſignum magnificabant dominuz. Quomodo aũt hoc factũ ſit. ptz in euãgelio. Loquẽte ieſu ad turbas. ecce princeps vn⁹ acceſſit ad eũ ⁊ adorauit euz dicens. Dñe filia mea mõ defuncta eſt ſed veni cura eã. ⁊ pone manũ tuã ſuper eam ⁊ viuet. Et ſurgens ieſus ſequebatur eum ⁊ diſcipuli ei⁹. Et ecce mulier que ſanguis fluxum patiebat duodecim annis acceſſit retro ⁊ tetigit fimbriã veſtimẽti eius. dicebat eñ intra ſe. Si tantũ tetigero veſtimentũ ei⁹ ſalua ero. At ieſ cõuerſus ⁊ videns eã dixit. Cõfide filia fid tua te saluã fecit. Et ſalua facta eſt mu ex illa hora. Et cũ veniſſet ad domũ prin pis illius ⁊ vidiſſet tibicines ⁊ turbam

multuantē que quaſi amici principis cōflu-
xit. ⁊ homines multi occurrebāt dum debe-
bat ieſus itrare domū vbi mortua erat puel
la. Dixit autem dñs ad turbā. Recedite nō
eſt mortua puella ſed dormit. Et deridebāt
eum. quia videbant eam mortuam: ſed dixit
dormit morte naturali. Et cū turba eſſet eie
cta intrauit domū ⁊ tenuit manū puelle ⁊ di
xit. Puella ſurge. Et puella ſtatim ſurrexit.
⁊ exijt fama hec i vniuerſam terram. Et ſic
patet euangeliū. Ergo quo ad thema. Non
eſt mortua puella ſed dormit. Nota ꝙ ſacra
ſcriptura loquitur de quadruplici puella.
Prima eſt puella mortua. Secunda eſt pul-
chra puella. Tertia eſt puella deo deſponſa
ta. Quarta ē puella coronata. Prima ē puel
la mortua. ⁊ per eā deſignatur anima pecca
trix que vere eſt mortua cū in peccatis mor-
talibus cōſiſtit propter ſeparationē a deo.
Eſt enī miſerabilior ſeparatio a deo per pec
catum mortale ꝗ̄ ſeparatio corporis ab ani
ma per mortē naturalē. vnde Augu. Stulti
ſunt qui plangunt corpus a quo recedit ani
ma: ⁊ nō plangūt animā a qua recedit deꝰ.
In reſuſcitatione puelle huius deus ſeptē fe
cit. ⁊ ſeptē hodie fiunt in reſuſcitatione ani-
me peccatoris de morte ſpirituali. i. de mor
tali peccato. Primo tibicines expellebat. ita
oportet nos de domo ꝯſciētie expellere om
nes voluptates vanas huiꝰ mūdi vt anima
reſuſcitetur. tūc incipit puella vel anima ſe
mouere ad omnia ſpūalia. Unde Aug. Gu
ſtato ſpiritu deſipit oīs caro. ⁊ ps. Guſtate
⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Secundo debet
turbam tumultuantē expellere. i. omnes oc
cupationes que animā in ſeruitio dei poſſūt
impedire. Et tunc anima dicere poteſt illud
ps. Mihi adherere deo bonū eſt. Tertio de
bet admittere ad domū cōſcientie patrem.
⁊ ille intromittit̄ quādo homo cogitat quali
ter ſit in pctīs cōceptus ⁊ educatus ⁊ natus
Quarto dꝫ amittere matrē. i. cogitationem
mortis. ſcꝫ ꝙ homo in terrā reuertetur q̄ eſt
mater omniū. De his duobꝰ patre ⁊ matre
dicit Job. xvij. Putredini dixi pater meꝰ es
mater mea ⁊ ſoror mea ver. Et qm̄ iſte due co
gitationes veniūt in domū cōſcientie. tunc
homo cauebit ſe de pctō. ⁊ aīa quaſi puella
de morte reſuſcitabitur. Quīto Petrus ad-
mittitur quādo hꝫ aīa cōtritionē de pctō cō
[…]iſſo. Unde dr̄ de petro qm̄ peccauit chriſtuz
[…]ādo. Petrus autē egreſſus fleuit amare.
[…]to Jacobus intromittitur in domū con
[…]tie quādo homo pctā ſupplantat ⁊ viri
[…]eſiſtit. Uñ ps. Uiriliter agite ⁊ cōforte
[…]or veſtrū. Septimo Johānes in domū
conſciētie ſumitur cum gratia diuina. qr Jo
hannes gratia dei interpretat̄. ⁊ tunc talis
anima ꝑ gratiā diuinā viſitatur. De quo. j.
Joh. iij. Trāſlati ſumus de morte ad vitam
per gratiā. Et ſic pꝫtet p̄muz ꝙ puella mor
tua reſuſcitatur qm̄ tibicines ⁊ turba tumul
tuans ⁊ pater ⁊ mater. petrꝰ ⁊ Johes intro-
mittūtur. ⁊ tenet dominus manum aīe pctō
ris ⁊ reſurgit a mortuis. Secunda puella eſt
decorata ⁊ per hāc nota aīam ꝟtutibus or-
natam. De qua dr̄ Canti. vij. Quā pulchra
es ⁊ ꝗ̄ decora chariſſima. De iſta decora pu
ella legitur figura in Geñ. xxiiij. Cū ſeruus
abraam veniſſet ad fontē inuenit iuxta fon
tem puellā nimis pulchrā que impleuit hy-
driam dicēs. Bibe dñe ⁊ camelis tuis potuz
tribuā. ⁊ ex hoc facta eſt vxor yſaac. Ita mo-
raliter puella habuit quattuor ꝟtutes. Pri
mo erat pulchra. ideo placuit yſaac. Ita aīa
noſtra puella ad ymaginez dei creata debet
habere quattuor ꝟtutes. Prio erat pulchra
ita aīa noſtra ꝟtute charitatis ornata: qr ſi
cut pulchritudo exterior ornat corpꝰ ſic cha
ritas ornat aīam vt placeat deo. vnde Can
ticoꝝ. iiij. Tota pulchra eſt amica mea. Se-
cundo hec puella fuit caſta. ita dꝫ eſſe aīa
noſtra. vñ Sapiē. iiij. O ꝗ̄ pulchra eſt caſta
generatio ⁊c. Tertio hec puella fuit hūilis:
qr deſcendit ad fontē haurire aquā ita aīa
noſtra dꝫ eſſe humilis vt a deo accipiat gra-
tiam. Unde Jac. iiij. Deus dat humilibus
gratiam. ſupbis reſiſtit. Quarto hec puella
fuit pia. Unde ait. Bibe dñe ⁊ camelis tuis
potum tribuā. ita anima noſtra dꝫ eſſe pia ⁊
miſericors petētibꝰ ⁊ egenis vt dñs ait Lu.
vj. Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter
celeſtis miſericors eſt. Et ſic pꝫ ſecunda pu-
ella que debꝫ eſſe decorata. Tunc dicet dñs
Non eſt mortua ſed dormit. mundū ſpernē
do. diuina cōtemplando. Unde ait talis pu
ella. Cantico. v. Ego dormio ⁊ cor meū vigi-
lat. Tertia puella q̄ ē deo deſpōſata ē aīa. i. fi
de integra deo iam cōiuncta vt nihil ei pla-
ceat niſi ipi adherere. De iſta puella dr̄ Ozee
ij. Sponſabo te mihi in fide. Sicut enī puel
la cum annulo deſpōſatur iuueni. ita anima
in fide cum xpō. Sicut enī annulus eſt rotū
dus. ita fides ipſa debet eſſe ſine fine cū ope
ribus comprobata: qr dicitur. Jac. ij. Fides
ſine operibus mortua eſt. ⁊ portatur in ſini
ſtra manu in digito iuxta minimum digitū
quia ſicut ibi eſt vena que tangit cor. ita de-
bet ꝓcedere fides de bono corde vt talis pu
ella deo deſpōſata toto corde fidē ſuet. Un
de canit clauſtralis deſpōſata domino toto
corde. Ipſi ſunt deſponſata cui angeli ſerui

unt cuius pulchritudinem ſol ⁊ luna miran
tur. Hec autem puella deo ſic deſponſata
non erit ſola. ſed debȝ habere quattuor vir
tutes quaſi quattuor pediſſequas. Quarū
prima debet eſſe pudicitia. Hierony. Pudi
citia debet eſſe virtus virginem dei vbiqꝫ ſe
quens. Secunda debet eſſe carnis doma=
tio. Ambro. Cibus per timorem potus ab
ſtinentie carnem tuam domitat. Tertia de
bet eſſe conſtantia. Nam dyna puella pul
chra patriarche Jacob filia voluit hincin=
de currere ⁊ videre vana. ideo fuit rapta et
perdidit virginitatem. Quarta debet eſſe
prudentia: vt oēs ſuos ſenſus cuſtodiat. vt
ptȝ in euāgelio. Mat. xxv. Quinqꝫ pruden=
tes virgines vigilabant. ideo cū chriſto re
gnum intrabant. ſed quinqꝫ dormiebant. ⁊
ideo nō intrabant. ſed dn̄s dixit eis. Amen
dico vobis neſcio vos. Et ſic ptȝ tertium ꝙ
puella non eſt mortua ſed deſponſata deo.
Quarta puella coronata hec eſt. anima que
in eterna gloria in regno eterno coronata ⁊
in futuro iudicio eſt coronanda. vnde ait ta
lis anima Eſa. lxi. Quaſi ſponſum decora=
tum corona. ⁊ quaſi ſponſam ornatam mo
nilibus ſuis. Iſta puella figuratur per puel
lam de qua legitur Heſter. j. vbi legitur ꝙ
Aſſuerus habuit vxorem nomine Vaſthi q̄
fuit ſuperba ⁊ noluit obedire mandatis re=
gis. ideo priuauit eam corona regali. ⁊ fecit
inuitare omnes pulchras puellas in omni
regno. ⁊ ex eis vnam elegit ⁊ impoſuit ei co
ronam dicens. Hec erit regina. Ita mora=
liter rex celi habuit pulchram puellam in
celo ſed ſuperbam. quādo luciferū ad ima
ginem ſuam creauit. ſed noluit obedire mā
datis dei: ideo priuauit eum corona glorie
Vel aliť. Rex celi in padiſo habuit pulchrā
puellam quando aīa ad ſuā imaginē crea
uit coronatam corona glorie. vt dicit pſal.
Gloria ⁊ honore coronaſti eū. Sed noluit
obedire mandatis dei ſȝ eſt tranſgreſſa mā
data regis quando pomū ꝓhibitum come
dit. ideo priuauit eā corona glorie. Thren̄.
v. Cecidit corona capitis noſtri. ve nobis
qꝛ peccauimus. Elegit aliam animam hu
milem in hoc mundo que obedit mādatis
dei ⁊ illi imponet coronam in die iudicij co
ram omni mundo dicens. Hec erit regina:
quia eſt puella humilis que oculis meis pla
cuit. ⁊ ideo cōcludit dominus noſter in euā
gelio. Luce. xiiij. Qui ſe humiliat exaltabi=
tur. quaſi puella Heſter i eterna gloria. Et
ſic patet ꝙ quarta puella eſt in celo iam co
ronata ⁊ coronanda.

¶ De aduentu iudicij. Sermo. lxvi.

Tunc fugient ad mon=
tes: ſcȝ eternitatis. Mat. xxiiij.
Videmus ꝙ ſm̄ rationem ho=
minis naturalis. omnia homo
debet facere cum prudentia et
diſcretione tam de preteritis ꝙ̄ de preſenti
bus ⁊ futuris vt homo ꝓuideat quid faciē
dum ſit: et quid dimittendum ſeu fugien=
dum. vt ſi bona ⁊ vtilia ſint ſm̄ rōem faci=
at ⁊ perficiat. ſi vero mala tunc fugiat ⁊ ca=
ueat. Cum enim parua animalia fugiant
nociua: vt patet de apibus que intrant flo=
res: ſi ſentiunt amaros et nociuos ſtatim
euolant ⁊ fugiunt ⁊ in floribus ſibi aptis ⁊
dulcibus diu manent ⁊ inde dulcedinem al
liciunt. Et ideo Moyſes miſit duodecim ex
ploratores ad terram promiſſionis vt futu
ra pericula prouiderent. vt ſcirent quid fa=
cere ⁊ vitare eos oporteret. ⁊ quia chriſtus
predixit ſuis diſcipulis de aduentu ſui iudi
cij multa futura vt ea predicarent: ⁊ mala
precurrentia denūciarent: quia tunc in il=
lis diebus periculoſis nullus poteſt vti al=
terius auxilio vel conſilio: quia oportet ꝙ
vnuſquiſqꝫ reſpondeat pro ſeipſo: ideo ſal
uator premonet nos futura pericula predi
cendo: vt patet in euangelio. Cum videri=
tis abominationem deſolationis antichri
ſtum in loco ſancto hieruſalem ſtantem di
centem ſe eſſe chriſtum. De quo propheta=
uit Daniel ante multa tempora: qui legit
iſta intelligat de antichriſto ⁊ perſecutione
magna: tunc qui in vera confeſſione et ve=
re fidei firmitate ſunt fugient ad montes
eterna contemplando. ⁊ qui in tecto ſunt
ſolitarie vite non deſcendant aliquid tolle=
re quod propter deum dimiſerunt. ⁊ qui in
agro celeſtis vite non reuertatur tollere tu
nicam veterum ſuorum peccatorū de qui=
bus fecit penitentiam. Ve autem pregnan
tibus et nutrientibus: id eſt ve illis qui mo
dice fidei ſunt: quia eo citius decipientur in
illis diebus. Orate autem nunc ne fuga ve=
ſtra fiat in hyeme vel ſabbato: id eſt tempo
re mortis in vltimo die. ſed vt tunc ſecuri
poſſitis ſtare. Erit enim tunc tribulatio ma
gna qualis non fuit ab initio mundi vſqꝫ
modo neqꝫ fiet poſtea et niſi breuiati fuiſ=
ſent dies illi quia non durabunt niſi tres
annos quia antichriſtus tot annis regna=
bit quot chriſtꝰ predicauit: ⁊ hoc eſt i quar=
tum annum. Si autem diu duraret talis ꝑ
ſecutio nō fieret ſaluus oīs homo. ſȝ ꝓpter
electos breuiabuntur dies illi vt maneant
in fide: tunc ſi qs vobis dixerit. Venite oſtē=

dam vobis chriſtum: hic eſt aut illic: nolite
credere. Surgent enim multi prophete fal-
ſi: ⁊ dabũt ſigna ⁊ prodigia: ita ꝙ in errorē
multi cadent ſi pōt fieri ſed nō fiet ꝙ electi
cadant a fide. Ecce ꝓdixi vobis. Si ergo di-
xerit in deſerto eſt nolite credere ⁊ exire: aut
in penetralibus reguz eſt nolite credere. Si
cut enim fulgur erit ab oriente ⁊ apparet in
occidente: ita erit aduentus filij homis ad
iudicium: ⁊ omnes electi cum eo. Nam vbi
corpus ibi ⁊ aquile congregabuntur. Sta-
tim autem poſt tribulationem dierum illo-
rum ſol obſcurabitur ⁊ luna nō dabit lumē
ſuum ⁊ ſtelle cadent de celo ⁊ virtutes celo-
rum mouebuntur. Tunc apparebunt ſigna
filij hominis in celo ſue paſſionis: quia oſtē
det cicatrices vulnerum ſuorum in iudicio.
Tunc plangēt ſe omnes tribus terre: quia
vident ſignum filij hominis veniētis in nu
bibus celi cum virtute ⁊ maieſtate magna.
Et tunc mittet angelos ſuos cum tuba ⁊ vo
ce clamantes ⁊ clangentes. Surgite mor-
tui venite ad iudicium: ⁊ congregabunt ele
ctos a quattuor ventis a ſummis celorum
vſq; ad terminos eorum. Ab arbore fici di-
ſcite parabolam. Cum enim ramus eius te
ner fuerit ⁊ folia nata ſcitis quoniam ꝓpe
eſt eſtas: ita ⁊ vos cum videritis hec predi-
cta fieri ſcitote quoniam prope eſt regnum
dei. Amen dico vobis: non preteriet hec ge-
neratio de terra generis hūani in quavnus
naſcitur alius moritur donec predicta om-
nia fiant. Celum ⁊ terra tranſibunt: verba
autem mea non preteribunt. i. potius peri
rent celū ⁊ terra ꝙ̄ verba dei non eſſent ve-
ra. Et ſic patet euangelium. ⁊ iſtud euange
lium ſolet legi feria quarta poſt dominicaz
decimā poſt octauas penthecoſtes cuius of
ficiū vocatur. Dum clamarem. Quo ad the
ma. Tūc fugiēt ad mōtes. Ex his ꝟbis ſciē
dū ꝙ vnuſq̄ſq; fidelis dz q̄tuor fugere. Pri
mo pcti ītoxicatiōez. Scḋo deceptōez ⁊ ſedu
ctionē mūdi. tertio ātixpi ſeductionē. quar
to confuſionem damnandorum. Primo di-
co ꝙ vnuſquiſq; debet fugere peccati into-
xicationez. Unde premonet nos. Eccle. xxi.
Quaſi a facie colubri fuge peccatum. Nam
homo ꝓpter peccata multa mala incurrit.
Primo a diabolo captiuatur in anima. Un
de Eſa. lij. conquerendo de peccatis anime
dicit. Captiua filia ſyon ſolue vinculum col
li tui: ⁊ ſic anima taliter capta dicit cuz pſ.
Funes peccatorum circū. ſunt me. Qui igi
tur vult abſolui redimat ſe per bona opera
ſcilicet miſericordie. Unde dixit daniel na-
buchodonoſor regi. Peccata tua elemoſy-
nis redime. Daniel. iiii. ⁊ per opera penitē-
tie franguntur omnia vincula: vt patet de
manaſſe rege. iiij. Regum. ꝙ fuit captus ⁊
in babylonem ductus. ⁊ egit penitentiam:
⁊ deus miſit ſibi angelum: ⁊ liberauit eum
⁊ conſtituit eum in regnum ſuuz. Secundo
per peccatum homo donis virtutum ſpolia
tur: vt patet Luce. x. Deſcēdit homo ab hie
ruſalem in hiericho ⁊ incidit in latrones q̄
ipſum ſpoliauerunt ⁊ vulnerauerunt. Ho-
mo deſcendit ab hieruſalem in hiericho: et
incidit in latrones quando deſcendit de ſta
tu iuſticie in ſtatum peccati ⁊ immunditie:
⁊ tunc cadit in latrones: id eſt diabolorum
poteſtates qui ipſum ſpoliant virtutibus:
⁊ vulnerāt in anima. Eſa. liij. Uulnerati era
mus propter pctā noſtra. Itē. i. Macch. iij.
Illa die ceciderūt multi vulnerati. Tertio
hō propter peccatum maculatur in anima
nam peccatum eſt ſicut fumus: nam fumus
albam domum deturpat: ita ⁊ peccatum cō
ſcientiam mundam. vnde propheta. Quem
admodum deficit fumus: ita deficiant pec
catores a facie dei. Quarto homo per pecca
tum ad eternam penam obligatur. Uñ ait
dominus ad cayn quando peccauit morta-
liter. Nonne ſi bene egeris recipies: ſi au-
tem male peccatum tuuz ſtatim in foribus
adeſt ⁊ penaz pro eo recipies. Maledictus
ſis ſuper terraz ⁊ maledicta ſit terra in ope
re tuo que ſuſcepit ſanguinem fratris tui.
Ergo quaſi a facie colubri fuge peccatum vt
tunc in die mortis ⁊ in die iudicij poſſis fu-
gere ad montes eternitatis auxilium a deo
poſtulans. Unde pſ. Leuaui oculos meos
in montes: vnde veniet auxiliuz mihi. Sal
uator. O peccator conſidera in quanto peri
culo tu es ambulans in tenebris: qꝛ lumine
gratie priuatus es. Sapien. v. Errauimus
a via veritatis ⁊ lumen iuſticie non luxit no
bis. Thren. iiij. Lubricauerunt veſtigia no
ſtra: inquantum ſequimur voluptates car-
nis que faciunt nos pronos ad peccandum
O peccator age penitentiam ſi habitas in
tenebris inuoca eum qui eſt lux ⁊ illuminet
te: ⁊ dic verbum dauid. Illumina oculos me
os, ne vnq̄ obdormiam in morte ne. ⁊c. Si ti
mes labi in via lubrica inuoca eū qui eſt via
firma vt te ſtabiliat: ⁊ dic cum dauid. Perfi
ce greſſus meos in ſemitis tuis. Si metuis
inſultus hoſtiuz inuoca illū qui eſt omnipo
tens: ⁊ dic cum dauid. Eripe me de inimicis
meis deus meus ⁊ euades omnia pericula.
Secundo debemus fugere atixpm in predi
catiōe. Nā ſua predicatiōe peruertet quaſi
totū mundū: ideo daniel. ieſus xps apoſto

li ꝛ aliſ ſancti multa de eius aduentu predixerunt. Nā ſm̄ Greg. in quadam omel. Minus iacula feriunt que preuidētur ꝛ nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus: ſed cōtra hec per prouidentie clypeū muniamur. Ipſe enim dicitur antixp̄s quaſi aduerſarius chriſto q̄ in omnibus eſt cōtrarius xp̄o. Sicut em̄ xp̄s eſt conceptus de virgine puriſſima: ita ipſe concipietur de meretrice immūdiſſima: ꝛ ſicut xp̄s eſt conceptus de ſpiritusancto: ſic antichriſtus de ſpiritu maligno: ꝛ ſicut chriſtus deus ꝛ homo: ita antichriſtus diabol⁹ ꝛ homo: ꝛ ſicut xp̄s natus eſt in nazareth ciuitate florida: ita ip̄e in babylonia maledicta: ꝛ cum habuerit triginta annos incipiet predicare: miracula facere: munera dare: ꝛ penas diuerſas propalare. In his quattuor ſubiiciet ſibi mundum ideo fugite. Primo a predicatione eius ꝛ ſuorum diſcipulorum: quia ſua predicatio eſt euangeliis contraria: q2 vbi chriſtus predicauit humilitatem ipſe ꝛ ſui predicabūt ſuperbiam: ꝛ ſicut xp̄us caſtitatem: ita ipſi luxuriam: ꝛ ſicut chriſtus predicauit miſericordiam: ita ipſi auariciam: ꝛ ſic de aliis: ꝛ ſicut xp̄us dedit ſpiritumſanctum: ita dabit ipſe ſpiritum malignum. Et hec omnia patent in libro danielis vbi dicit. Cum creuerint iniqui reuelabitur: ꝛ conſurget ille impudens homo: ꝛ cum venerit abominatio quaſi non homo ꝛ in loco ſancto ſtabit ꝛ dicet ſe eſſe deum. Itē apoſtolus. ii. ad Theſſalon̄. ii. Cum venerit diſceſſio. i. inobedientia a ſede: ſciliꝫ apoſtolica ꝛ imperio romano: ita ꝙ nullus curat obedientiam: ꝛ ſic ꝑuertet mūdum cuꝫ ſuis ꝑdicationibus ꝛ ſuorum diſcipulorum q̄ loquētur tātaꝫ ſapiam ꝑ operationē ſp̄us maligni ꝙ omis mundus ammirabitur. Secūdo ꝑuertet mūdū a fide ꝑ munera. Nam totus mundus declinabit in fine ad auaritiam: ita ꝙ nullus curabit animam tam clerici ꝙ̄ laici: ideo duces: epiſcopos: milites: ꝛ quaſi totum mundum attrahet cum pecunia dans eis magna munera ſicut dicit glo. ſuꝑ epiſtolaꝫ pauli ꝙ omnis theſaur⁹ occultus ꝛ foſſus in terra a diabolis cuſtoditur: ꝛ tunc ſibi ꝛ ſuis preſentabitur. Si enim iam veniret timeo ꝙ multi eū ſequerentur. Tertio peruertet mundum ꝑ grauiſſima tormenta: nam faciet ſibi parare om̄i genera tormentorum: ſcꝫ craticulas ferreas: gladios acutos: fuſcinas ꝛ furnos accēdet: ꝛ tāta ꝑſecutio erit vt ꝑmittit euāgeliū ꝙ tale tp̄s nūꝙ̄ fuit necꝫ erit: iō breuiabūtur dies illi ꝑp̄ electos. Quarto ꝑuertet mūdū ꝑ maxīa ſigna: in celo in aq̄s in terra ꝛ i mortuis ip̄e ꝛ ſui faciēt ſigna: q2 demōes ſūt ſꝑ apud eos: ꝛ q̄cq̄d poſtulāt faciēt: ꝛ io tangit xp̄us in hoc euangelio ſicut audiſtis Surgent falſi prophete ꝛ dabūt ſigna magna ꝛ multi in errorem deducentur. Nam dyaboli intrabunt corpora ꝛ loquētur mortui. piſces venient de aquis ꝛ loquentur verbis humanis ꝛ hec omnia fient per demones vt homines peruertant a fide. ideo fugite ſcd̄o antichriſti peruerſionem. Et ſic patet ſcd̄m. tunc fugite ad montem eternitatis. Tertio debemus fugere huius mundi deceptiones. Unde premonet nos zach. dicens. O filia ſyon que habitas iuxta filiā babylon fuge. Syon dicitur ſpeculum ꝛ ſignificat animam deuotam ad quam ait ꝓpheta. Fuge filiam babylonis: id eſt deceptiones mundi: quia mundus multos decipit ideo comparatur panth eri. Panther ē animal habens dulcem anhelitum et pulchrum colorem. et ideo ſequuntur eum animalia. ſed interius eſt plenum veneno. ideo interficit ea. Ita mūdus eſt pulcher in aſpectu. quia qui ſeruiunt mundo ornant ſe veſtibus ſuperbie vt placeant hominib⁹: habet mundus ꝛ panther dulcem anhelitum quia multi appetunt delitias huius mūdi comedendo ꝛ bibendo laute in mollib⁹ dormiendo: ſed in extremis inficit ſuo veneno peccatorem ꝛ interficit: et ſic talis qui modo glorioſus mūdo apparet: tempore mortis mundus eum abiicit et ſpernit ꝛ obliuiſcitur ꝙ perit memoria talium cum ſonitu campanarum: vt patꝫ in pſal. De mūdo nota hyſtoriam. Tres philoſophi ſtabant ante Alexandrum mundum ſibi deſcribētes Primus fecit circulum ꝛ ſcripſit ad duos fines illius circuli o o duo o. alius in eodem circulo in medio ſcripſit bli. tertius ſcripſit uio. Conuocauit autem rex omnes ſapientes vt exponerent ſibi hanc ſcripturā: tunc vnus eorū ait. Dn̄e mi rex hec figurant mūdū iſtū: nā oēs lr̄e ſcripte hic ꝛ ide faciūt obliuionē: p̄ria duo. ſ. o o: q2 mūdus cū dolore hoīem emittit: ꝛ cū dolore recipit ipſum hominem quando naſcitur ꝛ quando moritur ſcribunt bli. quia ad eccleſiam ducunt ip̄m exequiando: quia ſicut eccleſia accipit eum ad baptiſmum: ita accipiet eum ad exequias. b. enim baptiſmum li. libera nos domine ſignificat illud reſponſorium cantando in exequiis. videlicet. Libera me domine de morte eterna ꝛc. tunc terra facit tertium circulum ꝛ ſcribit uio. quia de terra naſcitur ꝛ ad terram reuertet̄. Parentes ꝛ terra componunt omnes ſuas litteras ꝛ faciunt obli

uionem: quia tūc ſemper obliuiſcitur a deo
Ideo talis bene poteſt dicere illō pſ. Obli-
uioni datus ſuz tanq̄ꝫ mortuus a corde dei
amici. ⁊ a corde huiꝰ mūdi. Ergo fuge mun
dum ⁊ cōuertere ad montes eternos diu-
contemplando: vt in pſal. Leuaui oculos
meos in mōtes ⁊c. Quarto fugere debemꝰ
dānandorum confuſionem ⁊ eorum dāna-
tionem. De hoc ait Job. Fugite a facie gla
dij: q̄r vltio iniquitatis eſt gladius. De iſto
gladio eterne dānationis dicitur in Apoc.
Ubi thronum ⁊ qui ſedebat in throno ⁊ de
ore eius exiuit gladius acutus. Iſte ſedens
in throno eſt chriſtus veniens ad iudicium
tanq̄ꝫ iudex ſtrenuiſſimus. ⁊ gladius de ore
eius eſt ſententia dānationis cuz dicit. Ite
maledicti ⁊c. Et iuxta ipm ſedebant duode
cim apoſtoli: et ceteri habentes gladios in
manibꝰ: iuxta illud pſ Et gladij ancipites
in manibus eorū. Ad faciendā vindictā ⁊c.
Ergo fugite nunc peccata ⁊ munimina an
tichriſti. fugite huius mūdi blandimēta de
cipientia: vt tunc in illo die amara poſſitis
fugere dānandorum pericula ⁊ cū chriſto ⁊
electis eternaliter exultare in gloria. Er-
go ad thema. Tūc fugient ad montes eter
na contēplando deū ſine fine laudantes.

## ¶ In dedicatione eccleſie. Ser. lxvij.

**Volens ad eccleſiam ire**
et ibidem bonam miſſam audire
ſex conditiones debꝫ habere. Pri
mo debet ire cū reuerentia ⁊ humiliate: q̄a
non magis acceptus eſt ſuperbus ſpiritua-
liter in templo ⁊ in eccleſia q̄ꝫ lucifer in celo
Idem dn̄s qui luciferum eiecit de celo ha-
bet ſedem in templo ſancto ſuo. Unde pſ.
Dn̄s in templo ſancto ſuo: dn̄s i celo ſedes
eius. Scribitur cm̄ in cano. extra de emuni
tate eccleſiarum: q̄ ad eccleſiaꝫ dꝫ eē hūilis
ingreſſus. Dominus tēpli eſt dominus hu-
milis. et ideo non poteſt ſuſtinere acceſſum
⁊ ingreſſum ſuperborum. teſte pſ. qui dicit.
Non habitabit in medio domus mee qui fa
cit ſuperbiam. Debet ergo homo cogitare
in via qua vadit ad eccleſiaꝫ. Ecce tu vadis
ad cōſpectum illius ad quem aſcendit moy
ſes in alto monte ſynai ⁊ in tantum tremu
it populus qui māſit inferius q̄ non aude-
bat appropinquare ad montem. Etiaꝫ tu
qui vadis in conſpectu illius in cuius con-
ſpectu tremunt omnes principes ⁊ poteſta
tes celi cuius minimus miniſter eſt maior q̄ꝫ
maximus princeps mundi. Uade ergo re-
uerenter ⁊ humiliter ⁊ non aſcendas ad al-
tiora loca templi. quia ſicut ſolus Moyſes
aſcendit ad montem ſynai. ſic tantum ſacer
dos habet aſcendere ad altitudinem tēpli
⁊ non alius. ſi enim Johannes baptiſta ait
ſe indignum ad ſoluendū corrigias calcia-
mentorū eius. Juſtum eſt vt peccator ma-
net a longe ſtare cum publicano. Uel ſi volue
ris altius aſcendere ⁊ reputare te dignum
altiori gradu tibi poſſet cōtingere quod cō-
tigit lucifero qui propter ſuam ſuperbiam
qua voluit ſimul ſedere cum altiſſimo tru-
ſus eſt in infernum de ſummo celo. et tantū
de prima conditione volentis ad eccleſiam
ire ⁊ bonam miſſam audire. Secūdo debet nota
ire cum propoſito confitendi peccata ſua ſi
qua habeat anteq̄ꝫ introeat eccleſiam quia
ſi non decet apparere in conſpectu hominū
de manu quin primo lauet ſeipſum in facie
eius multo minus decet aliquem apparere
in conſpectu dei niſi corde mūdus ſit iuxta
illud Mathei. v. Beati mūdo corde quoniā
ipſi deum videbunt in celo. Exemplum legi
tur de quodam inueterato peccatore cū miſ
ſam audiret euchariſtiam videre non pote
rat: ⁊ cum amici ſui dicerent hoc contigiſſe
ratione ſuorum peccatorum: fecit confeſſio
nem ⁊ ſic altera die vidit euchariſtiam cla-
re: ſed quia ipſe putauit hoc magis caligi-
ne oculorum contigiſſe q̄ꝫ peccato iterū pec-
cauit: ⁊ tunc cum rediret ad eccleſiam non
vidit euchariſtiam. Tunc dixit. Jam vero
perpendo q̄ cōfeſſio purificat oculos ad vi-
dendum deum: ⁊ facta confeſſione vera cla
rius vidit q̄ꝫ anteq̄ꝫ hoc feciſſet vnq̄ꝫ videre
poterat. Hec de illo. Cum enim homo ea-
dem de cauſa vadit ad eccleſiam videre deū
ſuum ⁊ audire miſſam vt fiat particeps ſa-
cramēti ⁊ gratie que ſacerdos ſibi de ſacra
mento credit recipere decet vt audiens miſ
ſam ſit ſine peccato ſicut qui celebrat. hinc
eſt quod non ſolum ſacerdos celebraturus
dicit confiteor ante altare. verūetiam mini
ſter: quia ille repreſentat perſonam omniū
audientium miſſam. Quicunq̄ꝫ ergo noue-
rit ſe grauatum aliquo mortali peccato nul
lo modo debꝫ recipere oſculum pacis: quia
illud ſignificat participationem ſacramen
ti: ſed quia nemo poteſt eſſe particeps ſacra
menti vel alterius gratie qui eſt in mortali
peccato. ideo non eſt dignus recipere oſcu-
lum pacis: quia habet mortale peccatum.
et maxime qui odium habet in corde ⁊ qui
comedit ⁊ bibit inordinate. ⁊ tantū de ſecū-
da conditōe neceſſaria volentis ad eccl'iam
ire ⁊ audire miſſam: ſcilꝫ vt vadat cū ꝓpoſi
to confitendi. Tertio debet ire cum magno
timore ꝓpter peccata ſua male confeſſa. vel

omnino inconfeſſa: quia vadit ad illū iuſtuȝ
⁊ terribilem iudicē qui in nouiſſimo die pec
catores dabit diabolo ⁊ ſocijs eius. Sicut le
gitur in tertio dial'. Grego. ꝙ quidam nobi-
lis peccauit cum quadam puella ⁊ poſtꝙ in
traret eccleſiam reſpexit hincinde pre timo
re ſicubi diabolus veniret ⁊ raperet eum de
medio: ſed quia euaſit tunc exiuit eccleſiaȝ
tertio die pre gaudio veniens minus timu-
it. quarto die adhuc minus ⁊ peccatum pa-
rum ponderauit. ſeptimo die cum veniret ⁊
peccatuȝ obliuioni tradidiſſet intrauit tem
plum ſanctum ſine omni timore. ⁊ ſic ſubi-
to cadens mortuus eſt. ⁊ ergo hic patet quā
te virtutis ſit timor domini ꝙ diu iſte homo
timuit ⁊ cū timore eccleſiaȝ intrauit ſaluus
exiuit. Eſt enim templum domini tanꝙ do
mus ciuium ſupernorum: vbi iuſtus iudex
ſedet cum omnibus conſulibus ſuis para-
tus facere iudicium omnibus aduenienti-
bus: propter qḋ fatue agit qui illuc ſine ti-
more vadit ſeu qui reſpicit iudicem ſine ti-
more. Unde ſuadent doctores theologi ꝙ
quicūqȝ grauatus peccato mortali voluerit
videre ſacramentum debet quaſi ſubito: et
ſtatiȝ deprimere oculos ſuos cognoſcendo
illum eſſe iudicem queȝ ſepe offendit: ⁊ ſicut
fatue agit qui eccleſiam intrat ſine timore:
ſic ſapienter agit ꝙ talis non diu maneat
ne iudicem prouocet ad vindictam facien-
dam. Unde legitur ꝙ quidam occidit viruȝ
in platea ⁊ queſiuit refugiū in eccleſia plus
timens hominem ꝙ deum: non diu manſit
q̄r manere non potuit: ſed exiuit ⁊ ad mor-
tem iuit: ⁊ cum argueretur de amicis cur nō
manſiſſet eccleſia. ipſe reſpondit. Pauimen
tum eccleſie videbatur mihi tantum ſub pe
dibus ardere ꝙ nullo modo poteram ſuſti-
nere: ⁊ tantum de tertia conditiōe neceſſa-
ria volētis ire ad eccleſiam ⁊ ibidem bonaȝ
miſſam audire: ſcilicet vt vadat cum magno
timore propter peccata ſua. Quarto debet
ire cum ſilentio ab inutili confabulatione ⁊
reſpicere ante ſe nō circūquaqȝ. ſi aliquis oc
curreriti qui ei loqui voluerit breuiter reſpō
deat ⁊ ſignuȝ crucis faciat. quia ſepe contin
git ꝙ dyabolus miſit nuncios ſuos ad auer
tendum illos qui vadunt ad eccleſiam vel
ad confabulandum in via ⁊ in eccleſia. Naȝ
legitur ꝙ quedam mulier deſperata ꝓpter
diuitias quas amiſit ambulabat loca deſer
ta. ⁊ dyabolus occurrens dixit ei. Si facere
vis quod iubeo diuitias ⁊ honores tibi da-
bo. Reſpōdit mulier. Fac quod dicis: ⁊ fa-
ciaȝ quod exigis. Reſpondit dyabolus. Tu
vades ad eccleſiam vacabiſqȝ ſalutationibꝰ
collocutionibus. ⁊ inquiſitionibus parētū
et vtenſilium domorum tam in via ꝙ in ec-
cleſia: ⁊ ſic retrahas ⁊ impedias miſſas au-
dire volentes ab orationibus ⁊ deuotioni-
bus. Reſpondit mulier illa. Libenter faciā
quia hoc ſcio ⁊ ſoleo ſemper ⁊ ſtatim porta
uit ei dyabolus abūdantiam bonorū tem-
poralium. ⁊ taliter impediuit orantes ⁊ ad
eccleſiam eūtes ꝙ multos duxit ad alias vi
as ⁊ auertit a videndo ſacramentuȝ. ⁊ cum
diu hoc continuaſſet ſurrexit quedā tempe
ſtas vna dierum tempore miſſe ⁊ venit ictꝰ
fulguris ⁊ tonitrui ⁊ percuſſit mulierem il-
lam ſolaȝ ⁊ non aliud: ita ꝙ nō ſolum more
retur. verūetiaȝ incineraretur ⁊ nihil remā
neret ex ea niſi veſtimenta. Hec de illa. Pa
tet ergo quāti periculi ſit aliquem impedi-
re ab oratiōe ⁊ introitu eccleſie. Reuera dia
bolicuȝ opus eſt: diabolica merces inde ex
pectanda eſt. Sapienter agunt qui eundo
ad eccleſiam ſalutationibus aures nō accō-
modant. ⁊ tantum de quarta conditione ne
ceſſaria volentis ad eccleſiam ire ⁊ bonam
miſſam audire. vt ſcilicet vadat cum ſilētio
ab inutili confabulatione. Quinto debet ve
nire cum regalibus muneribus: quia vadit
ad curiam magni regis qui dixit. Exo. xxiij.
Non apparebis in conſpectu meo vacuus
Cum enī xp̄ianus in altari inuenerit eundē
puerum quem tres magi inuenerunt in pre
ſepio dignum eſt vt ipſe ita veniat ad eccleſi
am ſicut illi venerunt ad bethleem cum mu
neribus regalibus ſi ſaltem habet. Qui aūt
non habent munera regalia deo digna. il-
lis ſufficiet bona voluntas. ſ. ꝙ vellent liben
ter portare munera regalia ſi haberēt: et ſe
pe acceptiores ſunt deo cum veniunt ad ec-
cleſiam ꝙ qui magna portant. Grego. dicit
Nihil deo ditius offertur bona voluntate
Hec ille. Qui autem ſatis habet dȝ recogno
ſcere ⁊ ſuis muneribus oſtendere ꝙ illū cre-
dit deum ſuum ⁊ dn̄m quē ſacerdos tractat
⁊ oſtendit oculis hominū ⁊ nō ſolum debet
hoc recognoſcere oblatione rerum ſuarum
verūetiam ſuiipſius. quia dignum eſt vt illi
omne offeramus quod ſumus ⁊ quod habe
mus. ⁊ eo magis dignum ꝙ ipſe deus nobis
vitam obtulit ⁊ ſeipſum. Specialiter auteȝ
debent illi venire cum muneribꝰ dandis mi
ſeris ⁊ pauperibus qui libenter exaudirent
in ſuis orationibus: quia etiam ipſe admit-
tit ⁊ multis annis amiſit vt pauperes iace-
ant ad fores eccleſie clamantes ⁊ mendican
tes ſubſidium elemoſyne. quatinus per hoc
introeuntibus inſinuet ſi vultis clamorem
veſtre orationis exaudiri in templo audite

et vos clamorem pauperum ante templum.
Prouer. xxi. Qui obturat aurem ſuam ad cla
morem pauperis ⁊ ipſe clamabit ⁊ nō exau
dietur. Hec ibi. Tantū de quinta conditiōe
neceſſaria volētis ire ad eccleſiā ⁊ bonā miſ
ſam audire: ſcilicet vt vadat cum regalibus
muneribus ⁊ plenis manibus ſi hz. Sexto
debet ire corde puro ⁊ ocioſo nihil cogitādo
niſi de deo quem querit in templo. Unde le
gitur de quadam muliere villana que remo
te habitabat ab eccleſia q̄ ſemper iuit quā
docūq̄ campanam audiuit pulſari ad eccle
ſiam p̄ miſſa ⁊ quando redibat proiecit ad ci
ſtam ſuam fabam vnā per foramen. Anno
vero circūuoluto rogauit deum intime. vt ſi
bi reuelaret quot miſſe de omnibus eſſent ſi
bi grate: ⁊ dicto v̄bo aperuit ciſtā ⁊ inuenit
tantum vnam fabam. Tunc ingemiſcēs ce
pit flere amariſſime dicens. O pie domine
qua de cauſa poteſt eſſe q̄ tantum laborem
perdiderim: q2 nullū diem p̄termiſi quādo
audiui campanā miſſalez quin perrexi ad ec
cleſiam in pluuia in tēpeſtate in niue ⁊ grā
dine ⁊ audiui miſſam ⁊ iam tantū fabā vnā
inuenio quaſi tantum vna miſſa ſibi ſit acce
pta de toto anno. ⁊ poſtq̄ diu fleuiſſet coraz
deo ⁊ etiam conqueſta fuiſſet caſum ſuū ho
minibus vicinis cū quibus ire ſolebat con
tigit cum ſic irent vt obuiam haberez ſacer
dotem quendam ⁊ dixerūt vicine mulieres
ad illum ſacerdotem. Domine conſolamini
iſtam mulierem quia contriſtata eſt nimiuz.
Queſiuit ſacerdos quid obeſſet illi. Et dixe
runt ei caſum qui contigit. Tunc ſacerdos
intulit. Non videtur mihi extraneum q̄ p̄
ditis omnem laborem veſtrum: quia confer
tis in via de vaccis et pecudibus veſtris. cū
igitur deo non intenditis nec ipſe intendit
vobis. Si bōas miſſas velitis audire debere
tis corda veſtra euacuare de oībus q̄ in mū
do habetis agere ⁊ nihil cogitare niſi de eo
quem adoratis in templo ſed dicatis mihi
inquid. Quod fabe ſunt reperte in ciſta. Re
ſponderunt vna tantum. At ille. Tunc am
plius contriſtandum non eſt: quia vna miſ
ſa de omnibus eſt deo grata. Dico q̄ remiſ
ſa ſunt ei oīa peccata: quia ideo miſſa quo
tidie fit in qua deo patri filius ſuus immola
tur vt peccatum mundi tollatur.

## Sermo alius. lxviii.

[I]ntrans eccleſiam ad
audiendum bonam miſſam ibi ſimiliter ſex
cōditiones dz habere. Primo cū intraueris
ſigno crucis te benedicas crucem aſpicias:
⁊ primas orationes coram cruce facias di
cens ſicut docuit beatus Franciſcus. Ado
ramus te chriſte ⁊c̄. Legitur de quodam vi
ro fideli qui cuz eſſet mortuus apparuit ſuo
ſacerdoti fideliter pro ipſo oranti: gratias
agens ⁊ ſaluatum ſe dicens. Cum ſacerdos
eum interrogaret quid in vita ſua egiſſet q̄ḋ
deo placuiſſet. Reſpondit. Quandocūq3 vo
lui ad eccleſiam ire ſignum crucis feci ante
me anteq̄ exirem domum. ⁊ eundo dixi ora
tionem dominicam rogando deum vt face
ret me dignum intrare domum ſuam ⁊ poſt
q̄ veneram ad eccleſiam proceſſi ad crucem
dicens quinq3 pater noſter ad honorem quī
q3 vulnerum chriſti ⁊ poſt quodlibet pater
noſter adieci petitionem illam. Primo dixi
Domine hic ſto ante te tanquā mendicus
ante diuitē petens vt tuam gratiā mihi pro
modulo velis participare. Secundo dixi.
Domine hic ſto ante te vt ſeruus ante domi
num petens cibum ⁊ potum corporis ⁊ ſan
guinis tui ⁊ veſtem charitatis que operit
multitudinem peccatorum. Tertio di
xi. Ecce hic ſto ante te vt reus ante iudicem
terribilem petens vt mihi eſſe velis iudex pi
us quando ſeparabit̄ anima a corpore meo
Quarto dixi. Domine hic ſto ante te ſicut a
micus ante amicum petens vt charitas tua
eximia trahat me ad te vt liget me in te ⁊ nō
permittat me vnq̄ ſeparari a te. Quinto di
xi. Domine hic ſto ante te ſicut filius ante
patrem petens te: vt paternam hereditatez
finaliter non velis mihi denegare. Ecce ait
ille. Ita veni ⁊ intraui eccleſiam. ita dixi ora
tionem meam ⁊ ita veni ad gratiam. Hoc
quoq3 dicens euanuit. Et tantum de prima
conditione vtili ad eccleſiam intrantis ſcili
cet: vt ſigno crucis ſe muniat. Secundo cuz
introierit collocet ſe ad locum ſecretum ⁊ re
colligat omnes ſenſus ſuos diſperſos vt ſo
li deo vacet in ſuis orationibus ⁊ meditatio
nibus. Bernardus. Cum ad orandum eccle
ſiam intraueris fluctuantium cogitationuz
relinque tumultum. curam exteriorum om
nium obliuiſcere: vt poſſis ſoli deo vacare.
Fieri enim non poteſt: vt cum deo aliquan
do loquatur: qui cum toto mundo fabula
tur. Intende ergo illi qui intendit tibi. au
di illum loquentem tibi vt ipſe exaudiat
te loquentem ſibi. Hec ille. Tam ſecrete et
ſilenter debet bonus homo orare ⁊ deo va
care. vt nullus impediatur qui in latere ſuo

collatur. ꝛ maxime ne faciat talem ſtrepitū
quo ſacerdos in miſſa commoueatur. Legi
tur de quodam ſacerdote qui in quadā miſ=
ſa liberauit de purgatorio animas nonagin
tanouem. ꝛ cum interrogaretur quare nūe=
rus centenarius nō complebatur. Reſpōdit
hoc contigit ꝑpter maledictam ianuam q̄
aperiebatur ꝛ ad parietem ꝓijciebatur. q̄a
tunc memoria eiectus fui ꝛ raptu reuocat⁹
fui ꝛ quia redire non potui ad eandem me=
moriam ꝑpterea numerus manſit incōple=
tus. Ex iſto videtur ſequi ꝙ illi valde peccāt
qui tranſitum faciunt per eccleſiam ꝛ frago
rem quodammodo commouent per rumores
et clamores quos exercent: quia magnā ſa
lutem animarum impediunt. Etiam viden=
tur grauiter peccare alij qui ſi nō tranſeūt
ſed ſedet in loco aperto vt videantur a trā=
ſeūtibus ꝛ econuerſo ipſi videant tranſeūtes
quia per eorum aſpectus trahūt corda alio
rum ad ſe ita ꝙ corda talium plus occupan
tur cū hominibus quos viderint ꝗ̄ cum deo
Et tantum de ſcda conditione vtili ad eccle
ſiam intrantis: ſcʒ vt ipſe ſe collocet ad ali=
quem locum ſecretum ꝛ colligat omēs ſen=
ſus ſuos diſponēs ſe ad dn̄m deum. Tertio
poſtq̄ homo ſenſus ſuos diſperſos ſic colle
gerit dirigat eos ad paſſionem chriſti: quia
notabiliter paſſio chriſti repreſentatur in miſ
ſa. Et hoc diuerſimode. Altare enī cui ſacer
dos fixus ſtat ſignificat crucē ad quā xp̄us
fixus erat. ꝛ in ſignum huius ſacerdos ſtat
aliquando expanſis ꝛ eleuatis manib⁹ ad
repreſentandum memoriam extenſoꝝ bra=
chiorum chriſti in cruce. Calix ſuper altare
ſignificat effuſionem ſanguinis xp̄i in cru=
ce. Veſtes ſignificāt veſtes quibus chriſtus
in ſua paſſione deriſus eſt. Amicta ſuper ca
put ſignificat faſciam lineam qua iudei li=
gabant oculos chriſti in nocte captiuitatis
ſue: ꝛ percutiebant caput ipſius dicentes.
Propheriza nobis xp̄e: quis eſt qui te per=
cuſſit. Et in ſignū huius quando ſe incipit
induere debet primo amictum: in oculis ſu
is reprimere ad deſignandum obtectionem
oculorum chriſti. Veſtis alba ꝛ longa ſigni=
ficat illam veſtem albam qua chriſtus illu=
ſus fuit ab herode. Stola quā ſacerdos ha
bet in collo ſignificat funem: quo chriſtus li
gabatur ad colūnam dū flagellabatur: q̄a
in illo fune collum eius ligabatur ꝛ totum
corpus cum pedibus. Manipulus ſignifi=
cat funem quo manus ligabantur. Caſu=
la ſignificat purpureum veſtimentum quo
induebatur poſt flagellationem. Cum ergo
hec repreſentātur in miſſa merito debet bo
nus homo compaſſione moueri dum eſt in
miſſa ꝛ videt ꝛ conſiderat hec omnia: immo
ſtare deberet anima quaſi ſtaret in mōte cal
uarie: ꝛ videret omnia que ibi contigerunt
in feria ſexta paraſceues. Et quia mors xp̄i
facta eſt pro peccatis noſtris: ideo quis de=
bet ter percutere pectus ſuum: quando au=
dit ſacerdotem clamantem. Nobis quoq̄
peccatoribus vt oſtendat ſe dolere pro pec=
catis ſuis: propter que filius dei tam miſe=
rabiliter mori habuit: de peccatis que ipſe
fecit tripliciter in corde ſuo: ſcʒ per cogita=
tionem: delectationem: ꝛ conſenſum. Et tā=
tum de conditione tertia humili. Quarto
debet homo audiens miſſam vel genufle cte
re nunq̄ ſedere niſi quando legitur epiſtola
ꝛ graduale canitur: ꝛ quando infra miſſam
predicatur nunquā debet ire ſeu deambula
re niſi finita miſſa quando ſacerdos dicit.
Ite miſſa eſt. Signanter debet ſtare dum le=
gitur euangelium verſo vultu ad euangeli=
um. ad deſignandum ꝙ chriſtianus debet
eſſe paratus ad defendendum euangelium
ꝛ fidem chriſti quandocunq̄ fuerit oppor=
tunum. Genua quoq̄ flectere debet quan
do in credo dicitur. Homo factus eſt. ad ho
norem illius qui de ſummo celo deſcendit.
et in hunc mundum inferiorem venit. Ma=
xime quiuis flectat genua ſua in eleuatione
ſacramenti et vertat ſe cum facie et toto cor
pore verſus altare. Unde legitur de quodā
ſacerdote dum legeret miſſam de beata vir
gine que ſic incipit. Salue ſancta parēs eni=
xa puerpera regem qui omnia ꝛc̄. Et ipſe cor
pus leuaſſet vidit hoſtiam conuerſam in pu
erum pulcherrimum: et beatam virginem
in dextera parte altaris flexis genibus ꝛ ga
brielem in alia parte altaris adorantem et
dicentem. Hic eſt qui celum terramq̄ regit
in ſecula ſeculorum. Hec ibi. Cum ergo ce=
li domina flexit ſua genua immerito dimit=
tit purus homo in hac miſeria ꝙ non flectat
genua ſua quando adorat chriſti ſacramen
ta: quia ipſe idem eſt qui fecit celum et ter=
ram in ſecula. et ipſe primus ꝛ nouiſſimus.
Auguſtinus in quodam ſermone. Quis nō
adorat p̄imum ꝛ nouiſſimum. quaſi dicat ne
mo audet hoc dimittere. Reuera nemo au=
det niſi homo. Dyabolus non audet dimit
tere quādo nolam ſacramēti audit quin ge=
nua ſua flectat ſi qua habet: vt ſepe legitur in
miraculis de corpore chriſti: ſed miſer homo

pre nimia ſuperbia quando videt corpus chriſti audet dimittere ꝙ nõ flectat genua ſua. ſed quid ex hoc. Reuera ꝙ homo peior eſt dyabolo: qꝛ minus honorat deũ ꝗ̃ dyabolus. Et tantum de quarto. Quinto debꝫ homo audiens miſſam ſe cuſtodire ab oĩ colloquio. Uel ſi neceſſarium habet loqui loq̃tur breuiter ꝛ ſubmiſſe vel exeat eccleſiam: quia diuturnum colloquium in eccleſia vt in pluribus fit ex inſtigatione dyabolica et perditur omnis gratia que impetranda eſſet in miſſa. Exemplum legitur de quodam ſacerdote quomodo dixit matri ſue. Cũ ſis in breui moritura mater chariſſima prout intellexi ex reuelatione diuina vade ꝛ audi miſſam pro ſalute anime tue. Reſpõdit mater. Fili mi chariſſime plures miſſas audiui ad honorẽ dei. Tunc ſacerdos dixit matri ſue. Scio mater ꝙ nũ̃ vnam miſſã audiſti ſꝫ fabulationibus ꝛ ſalutationibꝰ ſemper occupata fuiſti: ſic tempus tale perdidiſti. Propterea ſuadeo ſi vis miſſam tibi valere nemini loquaris neqꝫ reſpondeas. ſed dicas tuum pater noſter deuotius quo potes. Reſpondit mater ſi ſalutationibus ꝛ allocutionibus nõ reſponderem dicerent homines me eſſe ſuperbam. Reſpondit filius Ne cures de hominibus. ſed de anima tua Factum eſt autem cum mater audiret miſſam cum ſilentio. vidit bufonẽ ſedentẽ ſuper ſcapulas ſuas ꝓpterea ipſa territa orare non potuit. verũtamen in eleuatione bufo cecidit ꝛ euanuit. Finita ergo miſſa mater dixit filio caſum. Reſpõdit filius. Dyabolus fuit ꝛ voluit te terrere vt clamaſſes ꝛ rumorẽ in populo concitaſſes. ꝛ ſic miſſam perdidiſſes. taceas cras ſimiliter. ꝛ illũ malignum bene vinces. in craſtino rediſt bufo et gyrauit aurem mulieris per totã miſſam Tertio die venit bufo quaſi volens intrare os mulieris. ꝛ ſtatim obturauit os ſuũ ꝛ ſudauit ex terrore magno magnũ ſudorẽ. Et poſt tertiam miſſam obijt et filio ſuo apparens: dixit. O ꝗ̃ bonum conſiliũ dediſti mihi fili mi. Reuera niſi illas tres miſſas audiſſe dãnata fuiſſem. Sexto debꝫ homo audiens miſſã manere quoadusqꝫ benedictõ detur. qꝛ benedictio quã ſacerdos habꝫ dare in fine miſſe. ſignificat benedictionẽ quã chriſtus ſummus ſacerdos dabit oĩbus electis in fine ſeculi. Cũ autem illam obtinere volumus iſtam negligere nõ debemꝰ: quia per illam iſtam mereri poſſumus ꝙ deꝰ nos benedicat in preſenti. et liberet nos ab omni periculo imminenti. Unde legimus de quodam tectore petrarum. qui cecidit de alta turri ꝛ ſaluus manſit vulnere letali. cũ poſtea illi diceret. Tu bñ ſignaſti te hodie. Ille reſpondens ait immo bene ſignatꝰ fui. quia de illa manu qua conſecratum eſt corpus chriſti accepi benedictionem. ꝛ illam fidem ſemper habui ꝙ illa die non poſſẽ periclitari quando miſſam audiui. et benedictionem accepi. Et hec de illo. Unde dicit Chriſo. Deuota ꝛ totalis miſſarum audiẽtia peccata diluit. gratiam impetrat de periculo corporis ꝛ anime cuſtodit. ꝛ finẽ bonum tribuit. In veteri teſtamento habemꝰ ꝙ patriarche habebant a deo poteſtatem benedicendi primogenitos ſuos. ꝛ illi dicebantur benedicti a domino: quia proſperum ſucceſſum habebant in bonis temporalibus. Non igitur mirandum dicimus ꝙ illi creduntur benedicti a deo qui cũ deuotione expectant ꝛ accipiunt benedictionẽ boni ſacerdotis in templo. qui poteſtatem habet in hoc ꝙ miniſter eſt. Sacerdos habet poteſtatem benedicendi panem purum et ſtatim poſt efficitur corpus chriſti. Non mirum ergo ꝙ melior et felicior efficeretur et beatior cui manu ſacerdotis multũ peccata delentur. Et tantum de vltima conditione vtili eccleſiam intrantis ꝛ miſſam audientis: ſcilꝫ vt maneat quoadusqꝫ benedictio detur. Rogemur ꝛc.

¶ In natiuitate domini. Ser. lxix.

p

Aruulus datus eſt nobis: ꝛ filius datus eſt nobis. cuius imperium ſuper humerũ eius. Eſa. ix. Circa litterã breuiter eſt notandum ꝙ in quolibet puero ſunt alique ꝓprietates que continentur in his verſibꝰ. Sunt pueri puri parui paruiſqꝫ cibantur. Currunt letantur cito dãt cito pacificãt. Et hec oĩa fuerũt i iſto benedicto puero ieſus cuius natiuitatẽ nos hodie celebramus. Primo eñ puer eſt purꝰ ab omni inquinamento ꝛ nequitia peccati. Et ideo puer dicitur quaſi purꝰ aer. ſic iſte benedictus puer ieſus hodie natus eſt puriſſimus: quia ipſe ita clarus eſt ꝙ in effigie ſui corporis tota trinitas ſe ſpeculatur. Iõ gaudere debẽt omnes peccatores hodie ad chriſtũ currentes vt ab eius puritate oĩs mũdemur ab omni macula peccatoꝝ. Quia de eius puritate legitur ꝙ ipſe eſt ſpeculum ſine macula ꝛ cãdor lucis eterne. Nulla eñ alia cauſa erat chriſto veniẽdi ad terram ꝗ̃ vt peccatores ſaluaret ꝛ ab originali peccato mundaret genus humanum. Et ergo ipſe hebraice dictus eſt ieſus: id eſt ſaluator

omnium ſeculoꝝ. Ideo quotienſcunꝫ pec
catoꝛ verbum propoſitum: ſcʒ Paruulus na
tus eſt nobis: audierit: ſecuruꝫ: acceſſum ha
beat ad ipſum: quia ipſe preſtabit veraꝫ me
dicinam omnibus languētibus. Secundo
pueri ſunt parui: id eſt humiles. Ratio eſt:
quia quāuis magne natiōis eſt puer inquā
tum adhuc puer eſt: nihil tamē differt a ſer=
uo cum ſit dominus omnium. ſic iſte bene=
dictus puer ieſus hodie natus cuꝫ ſit domi
nus omnium: ſcilicet celeſtium terreſtrium
⁊ infernoꝛum in hac ſacra nocte factus eſt:
ita paruus ꝙ de rege celoꝛum factus eſt fra
ter miſeroꝝ peccatoꝛum: ad Philip. ij. Exi
naniuit ſemetipſum formam ſerui accipiēs.
Et ergo paupes cum ſpirituali gaudio chꝛi
ſtum hodie accipiant in coꝛdis hoſpitio: nā
chꝛiſtus hodie in hunc mundum venit vt vo
luntarie paupertatis oſtenderet dignita=
tem. Ideo ipſe intantum pauper factus eſt
ꝙ ex nimia inopia ⁊ paupꝛtate mater eius
tantum non habuit ꝙ eum inuoluere potu
it: ⁊ hoc xp̄us fecit vt ſua paupertate pau=
peres ditaret ⁊ in regno celoꝝ collocaret.
Unde Math. viij. Uulpes foueas habent ⁊
volucres celi nidos: filius autem hominis
non habet vbi caput ſuum reclinet. Et ideo
quotienſcūꝫ pauperes audierint verbum
propoſitum gaudere debēt ꝙ chꝛiſtus ſua
paupertate eos ditauit ⁊ in regno celoꝛum
collocauit. Tertio pueri ſunt multum ꝓdi=
gi ⁊ largi: qꝛ pro pomo vel piro darent ma=
gnam maſſam auri ſi haberēt: ſic iſte bene=
dictus puer ieſus natus de maria virgine
eſt ita largus ⁊ liberalis ꝙ ipſe vult pro
exigua re: ſcʒ parua elemoſyna dare celeſtē
theſaurum. Iſte theſaurus eſt valde precio
ſus: qꝛ multū chare emptus eſt. Primo iſtuꝫ
theſaurum multum chare comparauerunt
ſancti tres reges p̄cioſa munera iſti puero
offerentes. Secundo ſancti apoſtoli omnia
relinquentes pro chꝛiſti nomine: vt heredes
fierēt in domo domini. Tertio zacheꝰ dās
pro illo theſauro dimidium bonoꝛum ſuoꝝ.
Luce. xix. Sed prochdoloꝛ a peccatoꝛibus
nec omnia nec dimidia pars ⁊ qđ peius eſt:
nec aliena que iniuſte poſſidentur dātur ꝓ
illo. Item dicit dominus. Si in alieno infi=
deles fuiſtis quod veſtrum eſt quomodo da
bitis. Et qꝛ iſte theſaurus eſt: ita leuiter cō=
parandus: ideo omēs diuites properent vt
eum emant ſuis elemoſynis ab hoc puero
cuius natiuitatem eſaias nobis inſinuat di
cens. Paruulus natus eſt nobis: ⁊ filius da
tus eſt nobis: ⁊ factus eſt p̄ncipatus ſuper
humeruꝫ eius. Quarto puer iratus cito pa
cificatur per floꝛem vel roſe oſtenſionem.
Sic iſte benedictus puer ieſus quotienſcun
qꝫ offenditur verbis vel factis ſi oſtenditur
ei flos confeſſionis vel roſa vere ſatiſfactio=
nis: ſtatim obliuiſcitur iracūdie ſue: ⁊ ideo
gaudere debent omnes qui ſe in hoc aduen
tu affixerunt: vigilijs: ieiunijs ⁊ oꝛationibꝰ
quia ſi hunc puerum offenderunt ipſuꝫ pla
cent per roſam ſue penitentie hodie ei oſtē=
ſe. O quale gaudiuꝫ beatiſſima dei genitrix
habuit ſi natiuitate ſui dilectiſſimi filij. Un
de legitur ꝙ ex mero gaudio cuꝫ pluſqꝫ cen
ties i hac ſacra nocte deoſculata fuit: de pre
ſepio eum accepit: ⁊ iterum in preſepio po=
ſuit dicens ſm̄ Ambroſiuꝫ. Tu es deus me
us: tu es creatoꝛ meus: tu es dilectiſſimus fi
lius tuus: ⁊ his dictis: repoſuit eum in pre=
ſepe. O qꝫ delectabile eſt hodie tractare de
illo dulci ⁊ benedicto puero q̇ vbicūꝫ duo
colloquuntur de eo ſemper vult eſſe eoꝛum
tertius. Unde legitur exemplum ꝙ fuerūt
due iuuencule in quodam clauſtro multum
ſociales que in hac ſacra nocte intrauerunt
quandam deſertam domum illius clauſtri
poſt pꝛimam miſſam poꝛtantes ſecum tres
cuſſinos vt in eis collocationem haberent
⁊ loquerētur de iſto puero Ieſu donec pulſa
retur ad ſecundam miſſam. Querebat au=
tem vna illaruꝫ aliaꝫ: quare duos cuſſinos
haberet: ⁊ ipſa tantum vnum. Reſpondit
alia. Ego vnum illoꝛum ponam in medio:
vt puer Ieſus deſuper ſedeat: quia ipſe di=
cit. Ubi duo vel tres congregati ſunt in no=
mine meo: ibi ſum ego in medio eoꝛum vbi
dicit euangeliſta. Quid plura. Ipſe iuuencu
le due ſederunt in iocunditate magna ta=
lis collatōnis a feſto natiuitatis chꝛiſti vſ=
qꝫ ad feſtuꝫ natiuitatis ſancti Iohānis bap
tiſte: non putantes interim ſpacium duarū
hoꝛarum fuiſſe. Abbatiſſa vero ⁊ alie nomi
nales erāt multū perterrite ignoꝛantes vbi
he due virgines remanſiſſent. Contigit au
tem ꝙ in vigilia ſancti Iohannis baptiſte
quidaꝫ bubulcus clauſtrum perambularet
⁊ a caſu ante hanc deſertam domum venit
in qua vidit has duas puellas i magno gau
dio poſitas perditaſqꝫ tandiu: viditqꝫ in ea
rum medio quendam pulchꝛum paruulum
poſitum ſuper cuſſinum: qui tacens ſtatim
indicauit abbatiſſe: que ſecuta bubulcum vſ
qꝫ ad domum illam vidit hunc dilectum pue
rum quaſi ludentem cum eis. Cunqꝫ pre ru
boꝛe abbatiſſam interrogarent vtrum pul=
ſatum eſſet ad ſecundam miſſam nihil ali=
ud putantes qꝫ per breue ſpacium ſe fuiſſe
illic. Reſpondit abbatiſſa conſiderans carū

ſimplicitatem. Alie chariſſime cito pulſabitur ad ſecundam miſſam: ſed vbi dimiſiſtis puerum qui inter vos conſederat. Cui ille cum iuramento dixerunt, ſe nullum puerum in earum conſortio vidiſſe. Quibus illa ait. Sorores mee nolite expaueſcere. Utiqꝫ i veſtro conſortio, fuit puer ieſus quem vos non vidiſtis: licet ego vidi: qui vos conſeruauit in tali gaudio a nocte natiuitatis chriſti vſqꝫ ad vigiliaʒ natiuitatis ſancti Johannis baptiſte: ⁊ eas cum ſumma reuerentia vſqꝫ in mediuʒ aliarum ſororum duxit: ⁊ omnia que vidit ceteris enarrauit. Igitur fratres chariſſimi quotienſcunqꝫ audierimus verbum propoſituʒ: ſcʒ Paruulus natus eſt nobis letari debemus eo ꝙ ipſe pro nobis naſci voluit vt ſua natiuitate reduceret nos ad terram promiſſionis que eſt regnum celorū Ad quam nos perducat ⁊c.

## ℭ In circuncisione domini. Sermone. lxx.

Poſtqꝫ impleti ſunt dies octo vt circūcideretur puer ⁊c. Luc. ij. In hoc euāgelio duo breuiter ſunt notanda. Primo quare chriſtus voluit circūcidi. Secūdo que vtilitas proueniat homini ex hoc nomine. Primo dicendum eſt ꝙ chriſtus voluit circūcidi ꝓpter ſex cauſas. Primo vt impleret preceptū veteris teſtamenti qḋ erat tale: vt omnis maſculus octauo die circuncideretur: ſʒ quia chriſtus nō venit ſoluere legem ſed adimplere: ideo voluit circuncidi: q2 alias iudei potuiſſent dixiſſe ꝙ ipſe eſſet legis transgreſſor. Secundo vt ipſe legeʒ perſonaliter approbaret quam Moyſi dedit: quia ſi chriſtus incircūciſus manſiſſet iudei potuiſſent dixiſſe ꝙ ipſe eorum patribus dediſſet legeʒ quaʒ perſonaliter nō approbaret: ergo chriſtus voluit hodie circuncidi. Tertio vt oſtēderet iudeis ſe verum corpus aſſumpſiſſe ⁊ non fantaſticum. Si enim xp̄s incircūciſus manſiſſet ⁊ ſanguinem nō fudiſſet iudei potuiſſent dixiſſe ꝙ ipſe corpus fantaſticum aſſumpſiſſet quod ſanguinē nō poſſet mittere: ⁊ vt xp̄s errorem hunc remoueret circuncidi voluit. Quarto xp̄s circūcidi voluit rōne iudeorum: quia ſi incircūciſus manſiſſet iudei potuiſſent dixiſſe ꝙ chriſtus eſſet diſſimilis eorū patribus: ⁊ ob hanc cauſam chriſtus circuncidi voluit ne iudei per hoc potuiſſent ſe excuſare ⁊ ei prohibere ne eorum ſynagogam intraret. Quinto ipſe voluit circūcidi ratōe diaboli: ſcilicet vt ſic diabolo celaretur myſterium incarnatōis ieſu chriſti. Quia circunciſio tantuʒ valuit ſicut modo baptiſmus: id eſt ꝙ iudei per circunciſionē liberabātur ab originali peccato quod modo abluitur in baptiſmo: excellit tamen baptiſmus circunciſionē in vno: quia homo per baptiſmum poteſt peruenire ad regnum celorum quod nulli conceſſum erat per circunciſionem. Ideo chriſtus voluit circuncidi: quia ſi incircūciſus permanſiſſet: tunc diabolo ex hoc conſtaret ꝙ ipſe natus eſſet qui eum depredaret. Sexto ratione noſtri: et hoc dupliciter. Prīo noſtra infirmitas erat tam ignominioſa ꝙ curari non potuit niſi prius eſſemus balneati regali ſanguine: iō ipſe motus miſericordia fraterne dilectionis videns ꝙ aliud nō poſſemus habere remediū: ipſe hodie pro nobis emiſit ſanguinem ſuum: vt in eo balneati mundaremur ab omnibus inquinamentis. Secūdo quia omnis chriſti actio eſt noſtra inſtructio: ergo chriſtus circuncidi voluit vt ipſe nos doceret in hoc ꝙ nos circūcideremus ſpiritualiter omnia membra noſtra cauſa dei ⁊ pro ſalute animarum noſtrarū. Ideo primo debemus circuncidere oculos noſtros ne videant quod ſit illicitū nec concupiſcant Mat. v. Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam ⁊c. Et ſicut peccatuʒ eſt inſpiſcere mulierem ad concupiſcendum eam ſic etiam peccatum eſt ꝙ mulier ſe ornatā oſtēdit vt concupiſcatur: quia particeps eſt omnium peccatorum que inde proueniunt: nā agens ⁊ conſentiens pari pena puniuntur. Secundo debemus circuncidere noſtrum os ab omnibus verbis nociuis ⁊ ocioſis: qḋ ſi nō fecerimus: ſine dubio in die iudicij de illis reddemus rationeʒ coraʒ ſummo iudice. Math. xij. De omni ꝟbo ocioſo quod locuti fuerint homines ⁊c. Item in circunciſione oris tria ſunt attendenda. Primo vt homo in ore ſuo habeat pauca verba: quia etiam in multiloquio deeſt ſapientia. Secundo vt verba que profert aliquis ſint vera: q2 dicitur Sapiētie prīo. Os quod mentit occidit animam. Tertio vt illa verba que profert aliquis ſint vtilia: ſcʒ vt quodcunqꝫ homo loquitur ſit in laudem dei ⁊ ſalutē anime: quia quando homo verbis ſuis non poteſt prodeſſe tunc iubetur ſilere. Tertio debemus circūcidere cor noſtrū ab omnibus malis ⁊ peruerſis cogitationibus q̄ hominem a deo ſeparāt. Quarto debemus circūcidere manus noſtras ne per eas attrahamus nobis illicita per vſuram, furtum: vel

rapinam acquiſita quia ſm Auguſt. pecca-
tum non dimittitur niſi ablatum reſtituat.
Quinto debemus circūcidere pedes noſtros
de omnibus illicitis greſſibus ſcilicet chori
ſationum. taxillationum. adulterij ꝛc. ꝛ per
conſequens omnia alia membra circūcide-
re debemus ꝑ q̄ detrimentū anime pati poſ
ſumus in die iudicij. Non tantum hec mem
bra circūcidere debemus: ſed etiam abſcin-
dere ꝛ a nobis proijcere debemus. Unde in
euangelio Mathei. xviij. Si ſcandalizauer-
it te pes tuus abſcide eum ꝛ proijce abs te
quia melius eſt tibi ad vitam ingredi debilē
vel claudum ꝙ̄ duas manus habentem ꝛc.
ꝛ ideo chriſtus voluit circūcidi corporaliter
vt nos in omnibus membris noſtris circun
cidamus nos ſpiritualiter. ꝛ in ſignum hu-
ius vt ſimus memores paſſionis domini no
ſtri ieſu xp̄i. Quare dixi verbum propoſitū
ſcilicet. Poſtꝙ̄ impleti ſunt dies octo. Item
debemus ſcire ꝙ xp̄us pro nobis ſanguinē
ſuum quinꝙ̄ vicibus fudit. Primo hodier-
na die in circūciſione. Secundo in orto quā
do adorauit patrem ſuum celeſtem dicens.
Pater ſi poſſibile eſt ꝛc. ꝛ ſic ex nimio terro
re factus eſt ſudor eius tanꝙ̄ gutte ſangui-
nis in terram decurrentis. Tertio in flagel
latione. quia ipſe erat a iudeis ad columnā
ligatus in qua erat tantum flagellatus ꝙ a
cies acus effigiei totius iam corporis ſane
ꝛ illeſe non potuit ſuperponi. Quarto in af-
fixiōe crucis. in qua corpus ſuū ita erat extē
ſum ꝙ omnes eius vene erant dirupte. Ps.
Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Quin-
to in lateris apertiōe: de quo exiuit ſanguis
ꝛ aqua in remiſſionem omnium peccatorū
In ſignum huius presbyter in miſſa vertit
ſe quinquies ad populum vt eum incitet ad
memoriam dominice paſſionis: vt ſcilꝫ ho-
mo ſuo creatori regratietur de tali bn̄ficio.
Secundo notādum ꝙ homini ꝓuenit mul-
tiplex vtilitas ex vocabulo huius nominis
ieſus. Primo quia hoc nomē fortificat nos
in noſtris tribulationibus ꝛ aduerſis. De
hoc habetur exemplū in legenda ſcti Igna
cij vbi legitur ꝙ cum imperator Trayanus
eum plumbatis cedi iuſſiſſet. latera eius cō
buſſiſſet necnon ambulare cum feciſſet ſuꝑ
prunas. Ignacius in tot tormentis nunquā
ceſſauit ab inuocatōne huius dulciſſimi no
minis a quo tortores mirati interrogaue-
runt eum cur totiens replicaret hoc nomē
ieſus. Quibus ait hoc nomen ſcriptū eſt in
corde meo ꝛ ergo ab eius inuocatōe nequeo
ceſſare: quia preſtat mihi refrigerium in me
is grauiſſimis tormentis. Cumꝙ̄ igit̄ Igna
cius obiret tortores memores ſunt verbi il-
lius ꝛ cor eius euellerunt ꝛ ſcindentes ꝑ me
dium inuenerūt in eo aureis litteris ſcriptū
hoc dulce nomen ieſus. Unde ex hoc pluri-
mi ceciderunt. Secundo per hoc dulce no-
men cecis datum eſt lumē ꝛ claudis greſſus
vt patet in Act. apoſtolorum. vbi legitur ꝙ
claudus quidā in hieruſalem peteret elemo
ſynam ab introeuntibus in templum: conti
git Petrum ꝛ Johannem ibi aſcendere qui
cum ab eis aliquid peteret. Reſpondit Pe-
trus. Argentum et aurum non eſt mihi: qd
autem habeo tibi do. in nomine domini no
ſtri ieſu chriſti ſurge ꝛ ambula. qui continuo
ſurrexit ſanus ꝛ ambulauit. Tertio hoc dul
ce nomen ieſus liberat hominē a peccatis
quia ieſus dicitur ſaluator. nam per illō no
men accipimus remiſſionem peccatorū. Au
guſti. Quid eſt ieſus niſi ſaluator. Ergo bo
ne ieſu propter teipſum eſto mihi ieſus. id ē
ſaluator. Noli domine ſic attendere ad ma-
lum meum: vt obliuiſcaris nomen tuum.
Quarto ꝛ vltimo hoc nomen ieſus adiuuat
hominem contra inſultus demonum. de ꝟ
tute huius melliflui nominis dicit Petrus
rauēnē. Hoc nomen ieſus dedit cecis viſū
claudis greſſum. mutis ſermonem ꝛ mortu
is vitam totamꝙ̄ poteſtatē dyaboli virtus
huius dulciſſimi nominis effugauit de ob-
ſeſſis corporibus. Quod autem hoc nomen
benedictum ieſus adiuuet hominem cōtra
inſultus demonum hoc patet. Exemplum
legitur cum beatus Patricius predicaret ꝑ
hyberniam rogauit dominū vt oſtenderet
aliquod ſignum per quod homines territi
agerent penitentiam ꝛ certe apparuit pute
us marinus. Reuelatum eſt ei ꝙ ibi eſſꝫ lo-
cus purgatorij in quem ſi aliquis deſcende-
re vellet pro peccatis ſuis alia ſibi nō reſta-
ret pena. Quod audientes multi ingredie-
bantur qui nunquā ſunt reuerſi. Erat ibiꝙ̄
dam nobilis nomine Nicolaus qui in hunc
puteum deſcendere voluit ꝓpter multitudi
nem peccatorum ſuorum ne in aliū veniret
locum tormentorum. Ecce hic inuenit in
via quoddam oratorium albis monachis
repletum qui dixerunt. Eſto conſtans: quia
multa temptamenta ſuſtinebis: ꝛ ergo quo
tienſcumꝙ̄ ſenſeris te afflictum protinus
clama. Adiuua me domine ieſu chriſte ꝛ mi
ſerere mei et ſtatim adiuuabit. Cumꝙ̄ ab
eis proceſſiſſet ſubito demones tanꝙ̄ beſtie
ſibi occurrerunt mugientes contra eum.
Tūc ait. Adiuua me domine ieſu xp̄e ꝛ mi-

ſerere mei ⁊ ſic euaſit a beſtijs. Abinde aūt ꝓgrediens vidit magnum ignem in quē cū ipſe per demones ꝓiectus fuiſſet ſubito clamauit ⁊ ſtatim ignis extinctus eſt. ꝓcedens vltra vidit ꝓfundum puteum de quo exiuit fumus ſulphure⁹ ⁊ clamor maxim⁹. in quē cū ipſe ꝓiectus fuiſſet clamauit vt ſupra ⁊ ſtatim liberatus eſt. Tandem vidit quendā ſtrictum pontem ſub quo fluuius currebat igneus quem cum tranſire deberet a demonibus eſt in eo tractus per pedes: quare ſtatim clamauit. ſic per auxiliū huius benedicti nominis vltra pontē ꝑuenit vſq; ad quēdam campū mira ſuauitate florū decoratū viditq; in eo duos iuuenes albis veſtitos q eum duxerunt in quādam ciuitatem quam paradiſum dixerunt. Iſte autē nicolaus rediens ad vitam poſt ſpacium peracta penitentia per hoc benedictum nomen ieſus in paradiſum peruenit. Ad quod nos ⁊c̄.

¶ In epyphania domini.
Sermo. lxxj.

Vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum. eius ſtellam vidimus in oriente. Mathei. ij. In verbis huius euāgelij tria breuiter ſunt notanda. ſcilicet vera incarnatio filij dei viui. Secundo noue ſtelle apparitio Tertio deuota regum adoratio. Primū ibi Ubi eſt ⁊c̄. Secundū ibi. eius ſtellam vidimus ⁊c̄. Tertium ibi. venimus cū muneribus adorare eum. Primo notare debemus veram incarnationē domini noſtri ieſu xp̄i: ex hoc ꝙ hi tres reges a tam remotis partibus ducti per hanc ſtellam venerunt: ab oriente vt hunc puerum viderent ⁊ eum adorarent q̄ non eſt mirandum ꝙ ille qui per ſanctos angelos ſuam natiuitatem mundo notificauit ⁊ paſtoribus in iudea ſup gregē ſuum vigilantibus. ſi idem eandem incarnationem ꝑ ſtellam oſtendit magis in oriente quia apud deum nihil impoſſibile eſt: lʒ hi adhuc gentiles erant pagani: tamen cognouerūt ꝙ tale ſignum eſſet magni regis: ideo quando ipſi venerunt in hierl'm ex magno cordis deſiderio dixerunt ꝟbum ꝓpoſitū. Ubi eſt qui natus eſt ⁊c̄. Secundo notat̄ noue ſtelle apparitio in hoc ꝙ reges dixerunt ad herodem. vidimus ſtellam eius in oriente. Unde notandum ꝙ hec ſtella dicit̄ noua ꝓpter quinq;. Nam alie ſtelle create ſunt in initio creationis mundi. hec aūt in die natiuitatis de nouo ⁊ ex nihilo creata eſt. Secūdo hec ſtella differebat ab alijs in forma: q̄ hec ſtella ꝓferebat in ſe formā pueri baiulātis crucē in humeris ſicut ait Criſ. Tertio in ſplendore: q̄ cum omnes alie ſtelle lucerent: iſtos tamen tres magos ducere nō poterant ſicut iſta. Quarto in tranſitu q̄ cum omnes ſtelle in firmamēto ſint fixe hec erat in aere circa terrā. alias eīn ipa nō potuiſſʒ ipſis magis viam demonſtrare. Quinto in officio quia cum alie ſtelle manifeſtēt noctē hec erat ad manifeſtandū verum diem. ſcʒ xp̄m qui eſt ſol iuſticie. Qualiter aūt accidit ꝙ iſti tres reges hanc ſtellam viderūt in nocte natiuitatis xp̄i breuiter audietis. Dicit eīn Criſ. ꝙ quidam inſpectores ſecretorū ⁊ aſtronomi ſicut erant iſti tres reges elegerunt de ſeipſis duodecim ⁊ ſi quid eorū moriebatur. tunc filius illius aut aliquis ꝓpinquorum ſuorū in loco illius defuncti ſubſtituebatur. Hi ergo ſingulis annis aſcenderunt ſuper montem victorialē ⁊ tribus diebus ⁊ noctibus ibi morantes laudabant et exorabant deum vt eis oſtenderet illā ſtellā quam balaam ꝓpheta predixerat. Quadā ergo vice. ſ. in nocte natiuitatis domini noſtri ieſu chriſti ſiue in die dum ſic ibi manerent ſtella quedam ad eos venit ſuper montem que habebat formam cuiuſdā pulchri pueri. in cuius capite crux ſplēdebat. q̄ magos allocuta eſt dicens. Ite velociter in terram iuda ⁊ ibi regem natum inuenietis. tūc illi cōtinue ire ceperunt ab oriente vſq; i meridiem: ⁊ hoc in dromedarijs qui tantū ambulant. in vna die quātum equus in tribus. Credendum eſt autem ꝙ hi tres non venerunt ex vna regione ⁊ ideo ſingulariter ambulauerūt cūq; vnus alteri in via a caſu obuiaret. Ceperūt ſinguli inqrere de qua terra eſſʒ alter ⁊ dixerūt de hac ſtella. ſ. qualiter poſſent inuenire eū cuius ſtellā viderant in regione. Dixitq; vnus illorum. Ego ſcio ꝙ herodes rex hieroſolymitanorū duxit ſibi vxorē de regali ꝓgenie. igitur ipſum viſitemus. Cūq; veniſſent ad herodē ipſi dixerūt verbū ꝓpoſitū. Ubi eſt qui natus eſt ⁊c̄. Qd̄ audiēs herodes turbat⁹ eſt valde: ⁊ tota hieroſolyma cū illo. Cōuocatiſq; ſcribis ⁊ principibus iudeorū ſciſcitabat̄ ab eis vbi xp̄us naſceretur. At illi dixerunt. in bethleem iuda. ſic eīn ſcriptū eſt. Quo audito dixit herodes magis. Ite ⁊ diligēter querite de hoc puero: ⁊ cum inueneritis renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorem eum. Hoc aūt dicebat fraudulenter vt ſi ſciret vbi puer eſſʒ natus ꝙ ipſum occideret. Illis autem abeuntibus ſtella quam perdiderant antecedebat eos vſq; dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Uidentes autem ſtellam magi gau-

ſi ſunt gaudio magno. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius: ⁊ procidentes adorauerunt eum. Tertio notatur deuota reguz adoratio nec non eorum collatio in hoc ꝙ dicitur ⁊ venimus ⁊c. Unde notandum ꝙ quilibet iſtorũ regum apertis theſauris ſuis domino obtulit oblationem ſingularem ⁊ vniuerſalez Nam primus rex obtulit deo aurum. alius thus. tertius myrrham. Igitur chariſſimi ſi tales pagani obtulerunt domino taz precioſa munera multomagis nos chriſtiani offerre debemus munera multuz precioſiora. Aurum autem offerre deo ſpiritualiter nihil aliud eſt ꝙ̃ puram confeſſionem de omnibus peccatis noſtris facere. et qui nõ vult offerre tali modo offerat myrrhaz per quam ſignificatur vera contritio. Myrrha in ſe multum eſt amara. ⁊ poſita iuxta corpus mortuum non permittit illud corrodi a vermibus nec corpus putreſcere. Sic vera contritio depellit ab homine omnem fetorem peccatorum nec ſinit vermes: id eſt demones. corpus: id eſt animaz corrodere. Sequitur igitur de thure. Thus enim cuz incenditur mittit fumum ad ſuperiora. ⁊ ſignificat orationem mundam propter delectationez odoris. ⁊ hoc thus offerre deo debemus cum auro confeſſionis ⁊ myrrha vere contritionis ſi iram dei placare volumꝰ Si autem volumus vt fumus noſtre orationis veniat ante conſpectum altiſſimi: tunc faciamus ei duas alas. id eſt ieiuniuz ⁊ elemoſynam. ſicut dicit Chriſo. ꝙ fumus deuote orationis ab his ducitur ante conſpectum dei ⁊ procurat vt dominus noſter ieſus chriſtus exaudiat. ⁊ fontez ſue miſericordie ſtillare faciat ſuper peccatorem. hoc patet. Exemplum legitur in geſtis romanorũ ꝙ in iudea erat quidam mons magnus et altus in cuius ſuperficie erat quidam fons de quo exibant riuuli aquarum ad irrigandum totam terram in circuitu vallium.

Contigit autem aliquando ꝙ terra propter ariditatem aqua indigeret. ⁊ tunc habitatores miſerunt quandam pulcherrimam virginem cum quodaz ſeruo. vt hi coram fonte dulciter cãtarẽt. Quo facto fons ille ex tenere virginis voce motꝰ ſtatim emiſit riuulos ſuos ad irrigandum terrã illam quantum neceſſe erat. Per hunc montem magnum intelligo celum. per fontem deuz omnipotentem: id eſt chriſtum intelligere debemus. per aquam dei miſericordiam. habitatores vallium omne genus humanum quod indiget dei miſericordia: p puellam cuz ſocio ſiue ſeruo ipſa oratio deuota cũ ieiunio ⁊ elemoſyna ſignificatur. Ut ergo terre noſtre conſcientie irrigentur per riuulos miſericordie dei ⁊ eius gratie. neceſſe habemus vt hanc puellam: ſcꝫ deuote orationis mittamus vt cantant coram fonte: id eſt chriſto qui eſt fons viuus hoc carmẽ humile: ſcꝫ miſerere mei deꝰ ⁊c. Et ſine dubio fons iſte viuus chriſtus ieſus vult humectare terram noſtre conſcientie riuulis ſue miſericordie ⁊ gratie. quia ſm pſ. Cor contritum ⁊ humiliatum deus non deſpicies. Rogemus ergo dñm vt ei hodie cũ iſtis tribus regibus munera noſtra precioſa: ſcꝫ aurum pure cõfeſſionis. ⁊ myrrham vere cõtritionis. et thus deuote orationis offerre valeamus vt cum eo eternaliter viuere impetremus. Quod nobis ille concedat qui ſine fine viuit ⁊ regnat.

¶ Ad laudem et honorem oĩpotentis dei: virginiſ ꝙ̃ matris eius glorioſe. necnon vtilitatẽ totius eccleſie finiũt ſermones notabiles ꝙ̃ꝙ̃ breues Dormi ſecure intitulati. Impreſſi Lugd. Anno dñi. M. ccccc. iii.

mm

[illegible]

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reserva
Número 112

Res.
112

1503

Lugduni